

26. & seq. cum enim sit de substantia professionis, ut novitius per annum probet rigorem religionis, & rigor huiusmodi passim consistat in regule observatione & communi vita, victu & vestitu, ut insinuat Tridentina Synodus in c. 1. sessio 25. de regular. utique non apparet quod pacto religioni perpetuo incorporari possit is qui nunquam fuit in Monasterio. Accipe exemplum in religione Carthusiana, quae ob strictiorem clausuram est omnium religionum arctissima, ut in Extravagant. 1. de Regul. Inter communes, & si quae aliquem suscepisse habitum huius Ordinis, sed nunquam intra clausuram Monasterii, quomodo hic dici poterit fuisse in probatione, qui praecipuum religionis asperitatem expertus non est? Profecto ut talis teneretur in quodam veluti perpetuo carcere vitam ducere inexpertus & improbarus, valde absolum esset, & contra statuta Patrum, qui prohibitionis tempus instituerunt in subsidium fragilitatis humanae ut legitur in dist. cap. Ad Apostolicam de Regular. & in cap. Non solum eod. tit. lib. 6. ad hoc cap. Monasterii 19. q. 2. ubi dicitur esse nimis grave improbatos Monasteriis applicare.

Quod multo clarius hodie procedit in Italia, & Insulis adiacentibus, quoniam ex supra citatis decretis Clementis VIII. ad novitiorum receptionem, & professionem spectantibus in Bullar. tom. 3. pag. 130. irritae decernuntur novitiorum receptiones ad habitum, & professionem extra Conventus designatos, ut latius patebit in quaestione proxime sequenti.

42. Successive igitur Quero, Politi decretis Clementis VIII. de novitiis ad habitum regularem, & professionem non admittendis nisi in Conventibus ad id per S. Apostolicam designatis. An ad professionem validitatem requiratur ut tam receptio ad habitum regularem cum perseverantia annali, quae profectio fiat in Conventu, ut supra designato ad recipiendos novitios.

43. Verba primi decreti editi die 12. Martii 1569. sic se habent, praecipimus omnibus Generalibus, & c. ut de cetero neminem sub quovis praetextu, aut colore ad habitum regularem admittant nisi in Conventibus auctoritate nostra designandis. Insuper sancimus, ut quoad huiusmodi Conventus per Nos deputati non fuerint, Superiores ad receptionem quoruncumque novitiorum sine ad habitum, sine ad professionem omnino abstineant, & infra. Receptiones vero & professiones quaslibet eorum, qui contra huiusmodi decretum admitti fuerint, nullas & irritas esse ex nunc decernimus.

Verba autem secundi Decreti editi die 20. Junii 1599. sunt infra scripta. Sanctissimus eum distincte prohibuerit, ne quis ad suscipiendum habitum religionis admittatur, profiteaturque quovis nomine, & Conventus aliquos designaverit, quis tamen non obstante tali prohibitione cognovit nonnullis praetextu licentiarum receptus & admittis fuisse, nunc demum praecipit, ne quomquam nisi per litteras in forma Brevis ad habitum regularem suscipiendum nisi in Conventibus designandis recipere, aut receptus ad professionem admittere ullo modo audeat, quin in receptis contra primam prohibitionem etiam si impetiam habitum, aut sine capite gerant, omnino efficere debeant, & infra. Receptiones vero & professiones quaslibet eorum, qui contra huiusmodi decretum admitti fuerint nullas & irritas esse ad quemcumque effectum ex nunc decernit & declarat.

44. His politis, pro clariori quaestione solutione quatuor casus videntur distinguendi.

Primus est, cum quis acceptatur ad religionem extra Conventum ad recipiendos novitios designatum, non tamen ibidem induitur habitum regulari, sed ad locum ut supra designatum transmittitur, ibique habitum suscipit, annum probationis agit, ac proficitur. Et hic primus casus est satis clarus, live decretorum verba, live mentem consideremus, verum enim, & in effectu talis dicitur receptus ad habitum in Conventu designato, ibique absolvit novitiatum, & professionem emittit, quod est secundum verba, & mentem Clementis in utroque decreto, ut clarius etiam patebit ex dicendis in casu sequenti, & acceptatio praecedens dicitur potius destinatio, quam actualis receptio, seu admissio ad habitum regularem, quae quidem destinatio non facit eum novitium, vel personam Ecclesiasticam, aut religiosam ante actualem susceptionem habitus regularis, argum. 1. fugitivus, ff. de verborum signif. notat Innoc. in c. Porreclum n. 3. vers. Nec Juno ista persona de foro Ecclesiae de regul. & colligitur ex Tridentini Concilii decreto cap. 15. sess. 25. de regular. ponderanda verba illa, post susceptum habitum in probatione steterit, ut deduxi latius in c. Quia ingrediens in 7. supra de testament. Sed & iura inducunt tacitam professionem considerant annalem habitus delationem non simplicem destinationem, ut in c. Significatum supra de regular. & c. 1. eodem in 6. & in Clem. Eas, eodem tit. ideoque Sac. Congregatio Concilii declaravit decretum cap. 16. sessio 25. de regular. qua parte praescribit formam servandam in renuntiationibus novitiorum, non comprehendere renuntiationes factas ante ingressum, hoc est, ante habitus susceptionem etiam ingres-

sus contemplatione. Et hunc primum casum S. Congregationis regularium semper habuit pro indubitato.

Secundus casus est, cum quis a Superioribus Religionis ad habitum recipitur, & re ipsa induitur in Conventu ad recipiendos novitios non designato, non tamen recipitur pro eodem Conventu, sed pro alio, ut praefertur designato, ad quem postea transmittitur, ibique peracto probationis anno professionem emittit. Et hoc secundo casu quamvis verba utriusque decreti videantur primo intuitu obitare validitatem professionis, cum negari non possit, quin novitius primo admissus fuerit ad habitum extra locum designatum tamen verius videtur ex hoc capite professionem non esse nullam, nisi non audeant ad habitum suscipiendum recipere, atque illa; Non audeant ad habitum suscipiendum recipere, intelligenda sunt cum effectu, argum. cap. Relato, de Clericis non resident. cap. Aut verba de panis. dist. 11. glof. in Extravagant. Suscepti, in verb. Cum effectu, ne sede vacante. Feder. de Sen. conf. 10. casus talis est in fin. Hic autem Novitius inspecto effectu dicitur admissus & receptus in loco designato, ubi per annum integrum probat austeritatem religiois, & religio mores illius, iuxta textum in cap. Ad Apostolicam, de regularib. & ubi postea ad solemnem professionem admittitur, aut e Monasterio eicitur, ad praecipuum d. cap. 16. vers. Finito, sessio 25. de regular. quoniam enim indutus fuerit habitu regulari in Conventu non designato, non tamen fuit receptus, ut esset novitius ejusdem Conventus, sed alterius designati, pro quo & cuius nomine fuit receptus, attenditur enim cuius nomine, & contemplatione adus fuerit principaliter gelus, cap. Requisti, ubi glof. & Doctores not. ff. de testament. l. Filius, Cod. si adversus rem iudic. l. Si quis domum, §. penal. in fin. ff. Locat. l. Sed si plures, §. In arrosato, ubi glof. dat, concordat. ff. de vulgar. & pupillar. quod absolute procedit secuta ratificatione illius Conventus, cuius nomine ad habitum admissus fuit, c. Cum virum, hic, Praefertim si ratificatione secuta, quod antea gestum fuerat, roboratur, & c. Significatum de regular. cap. 1. eodem lib. 6. & cap. 1. supra quod met. casu. Monachi enim receptio quemadmodum fieri potest Superiore mandante ita & postea ratificante, ut notat Innocent. in c. Porreclum n. 4. & Hostien. post eum n. 13. in ver. Et recipitur de regul. & ex communi regula paria sunt consensio ab initio, vel ratum habere post factum, c. Salonitana 16. quaest. 1. c. fin. de his que sunt a Prelat. sine conf. cap. Cum nos, cap. Cura, & c. Suggestum de Jurepat. cum similibus. Imo ratificans dicitur autor. facti, l. In jamma, §. Cassius, & hic Bald. ff. de aqu. plu. arcnf. & ideo perinde est ac si a principio fecisset, leg. Confundus, §. Servum, & hic Decius in 3. notat. ff. Si cert. pet. Bald. conf. 379. col. 2. n. 6. in fin. vers. Et quod fit lib. 1. Oldrad. conf. 326. num. 17. vers. Nec obstat.

Accedit, quod cum novitius ubi primo est receptus, non esset perseveraturus, receptio illa momentanea non videtur attendenda ad professionis nullitatem induendam; quia receptio, de qua decreta Clementis loquuntur, non solum cum effectu intelligenda est, sed etiam cum effectu durabili, argum. cap. Ad nostram, hic, Statim parituit quod habitum induisset, ubi id notat glof. de regular. & in cap. Constat, in ver. Statim. 1. qu. 1. Roman. conf. 326. n. 4. vers. 1. & Abb. conf. 69. per totum lib. 1. Et cum versetur in materia penali ob poenam privationis officiorum, utriusque vocis, & inhabilitatis ex decretis Clementis impositam Superioribus recipiendibus novitiis extra Conventus designatos, factum non dicitur quod factum non durat, c. Nam & ego, de verb. significat. Abb. d. conf. 69. col. 1. in fin. ac demum cum receptio in loco non designato de jure non fuerit sortita effectum, non praestat impedimentum, quominus in Conventu designato novitius recipi valeat, c. Non praestat de regular. sur. lib. 6. per quem textum Navarr. conf. 28. n. 3. de regul. respondit professum nulliter infra annum probationis non egero nova receptione capitulo, sed satis esse ut perseveret, & post annum profiteatur, quia illa prius facta nullius penitus est effectus, ideoque nec prodest, nec nocet, ut hic per eum.

Et eo magis quod Conventu designato per receptionem novitii nulla sit injuria, cum sit in potestate Capituli Conventualis, vel alterius, ad quem spectat, illum non admittere, imo etiam admissum infra annum probationis expellere, si eum religioni autum non judicaverit, d. c. Ad Apostolicam, & c. Constat, & c. Statimus, de Regul. cap. Non solum, & c. Constatutionem eod. tit. lib. 6. & Concilium Tridentinum d. c. 16. sess. 25. de regular.

Quod tamen ita temperandum est, ut annus probationis non computetur a tempore suscepti habitus extra Conventum designatum, cum quoad hoc receptio illa sit nulla & contra verba, & mentem Clementis; sed solum a tempore receptionis & actualis ingressus in Monasterium designatum: Ita colligitur ex glof. in c. Significatum, in verb. Ratam habuerit de Regul. ubi signans contrarium quod receptio seu

professio ab initio nulla per ratificationem convalescat, ut c. De illis, il secundo de desponsat. impub. solvit dicens valere, ut ex tunc, non ut tunc, leg. Observare in fin. ff. de officio procons. & eam glof. sequuntur hic communiter Doctores, ideoque censent Innoc. Hostien. Joan. Andr. Anchar. Abbas & alii communiter in c. Constat, & in c. Quendam de convers. conjug. Quod diligenter observandum est a Superioribus regularibus; nam cum annus Novitiatus debeat esse consummatus in totum, cap. Ad nostram, juncta glof. in ver. Ante consummationem de reg. & ex sententia Sacrae Congregationis Concilii currat de momento ad momentum; si computari heret a tempore receptionis ad habitum extra Monasterium designatum, annus non esset integer, atque profectio irrita esset ex decreto d. c. 15. sess. 25. de regular.

40. Tertius casus est, cum novitius admittitur quidem ad habitum regularem in Conventu designato, ibique induitur sed deinde transmittitur ad agendum annum probationis extra locum designatum, & postea redit ad primum Conventum & in eo proficitur, & certum est professionem esse nullam, quia decreta Clementis ad professionis validitatem copulative requirunt, ut tam receptio ad habitum regularem quam profectio fiant in Conventu pro novitiatus designato, ut latius dicitur inferius in 4. casu. Dum autem requirunt ut receptio ad habitum fiat in Conventu designato, hoc intelligendum est de receptione cum effectu durabili & perseverantia annali, ut c. Ad nostram, & hic glof. in ver. Statim de regul. cum aliis superius adductis in secundo casu; non enim dicitur venisse qui non stetit, c. Si quis autem 18. dist. c. 11. Si postquam, & hic glof. in ver. Mente & c. Curientes, §. Si per viginti, ubi glof. in ver. Comparsant de elect. in 6. facit text. in l. Si pro patre, hic Versum autem sic accipimus ut verum daret, ff. de in rem verso. Quibus accedit, quod finis Clementis fuit, ut novitii probarentur in Conventibus strictioris observantiae, atque hic probati & idonei reperiri ad professionem admittentur aut e Monasterio eicerentur ad praescriptum Tridentini Conc. d. c. 15. & c. 16. vers. Finito tempore novitiatus, sess. 25. de regul. Ideoque dum locutus est de receptione & admissione, censendus est intellexisse [de effectuali] & cum annali perseverantia; alias enim admissio illa esset inanis & frustratoria; & lex esset imposita verbis, non rebus contra regul. cap. Commisio, §. Porro, de elect. lib. 6. & in simili casu scripsit Lapsus allegat. a. n. 7.

Præterea dum decreta exprimitur duo extrema nempe receptionem ad habitum & professionem censentur includere etiam medium, id est annum probationis, c. Quia sunt culpe 28. dist. c. Inter dilectos, vers. Cum primum de fid. instrum. glof. fin. in cap. in die de consecrat. dist. 5. Bart. in l. Celsus n. 21. ff. de usucap. Feder. de Sen. conf. 61. nu. 2. vers. Sed ad hoc respondeo, latissime Alciatus de praesumpt. in reg. 3. qu. 22.

Ac demum novitius hic proficere debet & a Capitulo illius Conventus admitti, ubi illius mores cogniti & probati fuerunt; c. Constat 17. qu. 2. d. cap. Ad Apostolicam, cap. Statimus & cap. Constat de Regul. c. Non solum, & cap. Constitutionem, eod. tit. lib. 6. Unde parum refert ad professionis validitatem, ut novitius proficitur in Conventu designato, nisi ibi per annum in probatione steterit. N. c. refert quod haberi possit notitia morum per attestationem Superioris illius Conventus, ubi fuit Novitius; si quidem per hoc non satis intentioni Clementis; esset enim in facultate Conventus non designati admittere Novitios ad professionem aut illos repellere concedendo vel denegando litteras testimoniales contra rationem in praedictis decretis expressam ex mente igitur Clementis, ut Novitius admitti possit ad professionem, requiritur notitia experimentalis illius Conventus, qui debet eum ad professionem admittere, non autem per relationem alterius; & hunc casum Sacra Congregatio regularium similiter habuit pro claro: Quod aperte etiam constat ex litteris in forma Brevis S. D. N. Urbani VIII. sub die 2. Aprilis 1632. in quibus dicuntur invalide professiones eorum, qui annum probationis non fecerunt in Conventibus ad recipiendos Novitios designatis & propterea praecipitur Ordinariis locorum & Superioribus regularibus, ut sic profectos ad professionem demum emittendam admittant

abique novo probationis anno.

Ultimus casus est, cum Novitius actualiter recipitur ad habitum in Conventu designato ibique perseverat per annum in probatione; sed postea mittitur ad professionem emittendam extra locum designatum, & tunc si mittatur abque admissione, ac litteris testimonialibus Conventus, ubi fecit annum novitiatus, absolutum videtur professionem esse nullam cum in Monasterio deputato emissa non fuerit; ut requirunt verba expressa & ratio utriusque decreti. Nam profectio Novitii per annum in loco designato nihil proderet si abque consensu Capituli ejusdem loci esset in facultate Capituli cuiusque Conventus laxioris observantiae illum admittere ad professionem. Deest ergo hoc casu unum ex duobus substantialibus requisitis ex decretis Clementis ad professionis validitatem, nempe ut profectio emissa fuerit in Conventu ad recipiendos Novitios designato. Sin autem Novitius expleto anno probationis in loco designato, ibidem a Capitulo Conventuali judicetur habilis ad professionem emittendam & postea cum litteris attestationis huiusmodi transmittatur ad alium Conventum non deputatum, hinc proficitur ut sit finis illius, res videtur magis dubia, quia Novitius vere proficitur in loco ubi viget regularis disciplina & hic admittitur ad professionem emittendam, licet illam postea alibi actualiter emittat. Ceterum obstant utriusque decreti verba que in prohibitione loquuntur alternative, ut hic, A receptione quoruncumque Novitiorum sine ad habitum, sine ad professionem omnino abstineant, & hic. Ne quis ad suscipiendum habitum religionis admittatur, profiteaturque, ac demum hic. Ne ad habitum regularem suscipiendum nisi in Conventibus designandis recipere aut receptus ad professionem admittatur ullo modo audeat. In prohibitione autem alternativa sufficit alterutrum verificari, ut fit locus potest. leg. Si quis ita stipulatus in fine de verborum obligat. & notat Dinus in regula. In alternatiis, vers. Ad secundam partem optio de regula juris lib. 6. dixi in capite. Inter ceteras n. 10. Juris de rescript. maxime ponderatis verbis, quoruncumque Novitiorum omnino & ullo modo, quae cum sint universalis & geminata, ostendunt magis etiam voluntatem conditionis obligandi in quocumque casu ex prohibito, per ea que plenè scripsit Cravetta conf. 254. Verba transiuntis n. 1. & seqq. In clausula vero irritante eadem decreta loquuntur copulative, ut hic, Receptiones vero & professiones quaslibet, atque ita irritant non solum receptionem ad habitum extra locum designatum, sed etiam professionem ibi emissam, ita ut satis non sit ut aliquis receptus fuerit in loco designato, nisi etiam hic profiteatur. Hinc enim est natura copulae, leg. Si hereditus, ff. de condit. inst. d. l. Si quis ita stipulatus, ff. de verb. obligat. cap. Ex parte supra de rescript. glof. in Extravag. Suscepti in verb. Taxata de elect. quo loco similiter expendenda est dictio universalis repetita, quae loci & quocumque, de quibus per Roman. conf. 31. Visi his n. 2. & Cravetta loc. cit. Negari autem non potest quin hoc loco novitius quamvis receptus, & probatus in loco designato, hincque ad professionem habilis iudicatus fuerit, tamen extra illum postea professionem emittit; aliud enim est habitum iudicare ad professionem faciendam, aliud reale professionem recipere & religioni incorporare celebrando contra factum ultra citraque obligatorium qualis dicitur solemnissimum, cap. Porreclum, ubi notatur de regul. Host. Joan. Andr. & Doctores in cap. Ad Apostolicam eodem tit. Navarr. conf. 26. in princ. vadem tit. quippe verum non solemnitatem, per admissionem ad professionem, sed per professionem ipsam tacitam vel expressam, ut in c. Uns. de voto l. 6. Quamobrem hoc casu Novitius post annum probationis expleto in loco designato cum attestatione Capituli Conventualis mitti poterit ad Conventum, ubi recipiendus sit in filium ut citri ejusdem Conventus consensus, & acceptatio in filium per litteras requiri poterit iuxta Constitutiones atque consuetudines cuiusque religionis, ac deinde obtenta huiusmodi acceptatione Novitius in primo Monasterio sui novitiatus debetib actuali professionem emittit; & nam cum verba decretorum Clementis sint clara, non admittunt interpretationem, neque voluntatis conjecturam, l. Licet Imperator, ff. de legat. 1. glof. magna in c. Quod interrogasti in fin. 27. dist. Abb. conf. 57. num. 1. vers. Et primo quia lib. 2. Socin. conf. 13. n. 38. lib. 1.

DE CONJUGIO SERVORUM.

Innocentius III. H. Episcopo.

CAPUT IV.

Ad nostram noveris audientiam pervenisse, quod G. Presbiter Cardinalis Apostolicæ sedis legatus R. militem a muliere quadam, propter conditionis separavit

Reip. & alia pleraque his similia, quod tamen impium esse allere.

20 Itaque cum jurisdictione fuerint à Deo distinctæ, non omnia, quæ publicam utilitatem concernunt promittunt per utramque jurisdictionem agenda sunt sed temporalia per potestatem legalem, spiritualia vero per Ecclesiasticam, sub cuius tamen iudicio & ordinatione sunt constituta, totum est singularis in cap. *Usm ad veram*, quod est desumptum ab Epistola Nicolai Papæ ad Michaelem Imperatorem & in c. *Si Imperator 96. distin. cap. Si quis à proprio 21. qu. 5. & habetur 10. distin. per totam, & in cap. *Soluta 3. de major. & elec. l. Quæ de re magistraliter tractat Joan. Andr. post Host. in cap. Per venerabilem, col. 6. in ver. Venerabilem potestatis. Qui filii sint legit.**

21 Matrimonium autem cum inter fideles non solum habeat rationem contractus, sed ex institutione Christi adjungam etiam habeat rationem Sacramenti, jam res sacra est, nec quod illius materia contractus sit, satis est, ut possit magistratus civilis super eo leges condere. Quemadmodum etiam homines, argentum & aurum sunt materia subiecta legibus secularibus, tamen postquam illi per manus impositionem ordinati sunt Clerici, & hæc per consecrationem effecta sunt Vasa Sacra, jam non subsunt amplius seculari potestati, ut contra Thomam Sanchez, quem dicit motum levissimis fundamentis advertit Ball. Pont. *De Sacramenti Matrim. lib. 6. cap. 2.* Idque satis etiam evidenter constat ex cap. *1. sess. 24. de reform. Matrim.* ubi Matrimonia clandestina sancta Synodus definit rata, & vera esse Matrimonia quamdiu Ecclesia ea irrita non fecit, idemque definit de Matrimoniis contractis à filii sum. in vitis parentibus, quæ tamen irrita sunt de jure civili, ut l. *Nuptia, la secunda, ff. de ritu nupt. ergo ut Matrimonium sit irritum, necesse est ut Ecclesia illud irritum faciat, nec sufficit legalis autoritas. Conferant ejusdem Concilii decreta can. 12. & c. 9. eadem sess. & c. 20. sess. 25. de reform.*

22 Matrimonium autem cum inter fideles non solum habeat rationem contractus, sed ex institutione Christi adjungam etiam habeat rationem Sacramenti, jam res sacra est, nec quod illius materia contractus sit, satis est, ut possit magistratus civilis super eo leges condere. Quemadmodum etiam homines, argentum & aurum sunt materia subiecta legibus secularibus, tamen postquam illi per manus impositionem ordinati sunt Clerici, & hæc per consecrationem effecta sunt Vasa Sacra, jam non subsunt amplius seculari potestati, ut contra Thomam Sanchez, quem dicit motum levissimis fundamentis advertit Ball. Pont. *De Sacramenti Matrim. lib. 6. cap. 2.* Idque satis etiam evidenter constat ex cap. *1. sess. 24. de reform. Matrim.* ubi Matrimonia clandestina sancta Synodus definit rata, & vera esse Matrimonia quamdiu Ecclesia ea irrita non fecit, idemque definit de Matrimoniis contractis à filii sum. in vitis parentibus, quæ tamen irrita sunt de jure civili, ut l. *Nuptia, la secunda, ff. de ritu nupt. ergo ut Matrimonium sit irritum, necesse est ut Ecclesia illud irritum faciat, nec sufficit legalis autoritas. Conferant ejusdem Concilii decreta can. 12. & c. 9. eadem sess. & c. 20. sess. 25. de reform.*

Accedit quod laici in causis Matrimonialibus potestatem non habent juris dicendi, ut habetur in cap. *Causam que, qui filii sint legit.* ergo nec juris condendi, quia forum fori & status ligari pari procedunt, cap. *pro de conslit. lib. 6. l. 2. in princip. ff. de eo quod certo loco, Butr. in rubr. de conjuges n. 7. Socin. conf. 79. num. 9. lib. 4. Card. Seraph. de conj. 1018. quod si laici nequeunt sua sententia declarare irritum Matrimonium, etiam cum de jure sit irritum, ut in dict. cap. *Causam que*, quomodo poterunt suis legibus illud irritum facere, cum de jure sit validum, ita in effectum arguit Joan. Andr. in dict. cap. *Per venerabilem, col. 3. vers. Imperator autem, qui filii sint legit.* potestas igitur statuendi à jurisdictione dependet, cap. *A nobis il primo, de sentent. excommunic. l. fin. ff. de juris dict. omni judic. Bart. in l. Omnes populi in 1. quæst. in princ. ff. de instit. & jur. & in quocumque actu ad illius validitatem necessaria est iusta potestas, cap. *Cum super, de offic. deleg. l. Cum te, ubi Baldus n. 1. C. de donat. ante nupt.* Nec sufficit causa quantumcumque rationabilis, ut putat Sanchez, quia hæc non**


tribuit potestatem statuenti, ut inquit Baldus in l. *Causam que, n. 15. C. de Summa Trinitat.* & est textus in c. *Epistola S. Marie, & hinc not. Butr. n. 20. supra de co. lit. & potestatis defectus semper & indistincte nullitatem producit, ut hic per Butr.*

Nec D. Thomas aliud sensit, nam etiam in 4. dist. 34. qu. 23. ante 1. art. 1. ad 4. alterat Matrimonium in quantum est in officio nature, statui lege nature; in quantum est Sacramentum, statui jure divino; in quantum est in officio communitatis, statui jure civili; & ceteris ex quolibet declaratione legum posse aliquam personam effici ad Matrimonium illegitimam, & idem tenet docent in 4. contra gentes, cap. 78. Non tamen inde licet inferre, ut quilibet ex predictis legibus possit efficere irritum nate omnes personas illegitimas ad contrahendum, sed quilibet lex aliquam tantum personam, ut Divus Thomas loquitur, excepta lege nature, quæ communis est omnium nationum, cap. *Jus naturale, 1. dist. Et quidem lex divina positiva in quantum ordinavit Sacramentum Matrimonium ad regimen Ecclesie, & conservationem Christiane Reipublice inhabilitat ad contrahendum fideles dumtaxat, cap. *Quanto de e. Gaudemus, de divort. c. De infidel. de consang. & affinit.* Contra vero lex civilis in quantum statuit Matrimonium in officium communitatis, & in bonum politicum, non potest inhabilitare nisi infideles, & inter quos Matrimonium non est Sac. sed purus contractus naturalis, ut in d. *Quanto & quavis in d. cap. Gaudemus Sac. conjugii apud fideles & infideles dicatur existere, hoc tamen quoad infideles iniquitatis debet intelligi, deficientes scilicet fundamentis omnium Sacramentorum Baptismo, c. 1. & c. fin. de presb. non baptizat. At vero inter fideles apud quos Matrimonium est elevatum à Deo in Sacramentum, lex Civilis minime potest quomquam efficere illegitimum ad contrahendum sine autoritate Ecclesie, ut declarat ipsemet Divus Thomas in 4. dist. 42. art. 2. ad 4. juncto argumento contrario, ubi in fortioribus terminis ait, Sacramenta Ecclesie sicut est Matrimonium, non subdi humanis Legibus; & idem prohibitionem humanam legem non sufficere ad impedendum Matrimonium, nisi interveniat autoritas Ecclesie, quæ idem etiam interdicat, absurdum enim esset ut priori loco decerneret legem Civilem posse irritare inter fideles impedimenta Matrimonium dirimentia, cum hoc posteriori loco expresse affirmaverit, ne illa quidem que tantum impediant contrahendum, qualis est adoptio, induci possit per prohibitionem legalem abique Ecclesie autoritate.**

23 Quæ quavis obtinet dicta sunt, quia evidenter offendunt Matrimonium, nec consuetudine fieri posse irritum, nisi Sedis Apostolicæ autoritas illud irritum faciat. Ceterum quod perinet ad consuetudinem de qua rone agitur, providendum erit ab Episcopo, ut illa in futurum aboleatur; & mulier que puerum gestare conduxit, vel in acta Episcopatus cum de sacro Fonte suscipitur, vel à gestatione hujusmodi abstinat, ut Sacra Congregatio censuit.

24 Nec D. Thomas aliud sensit, nam etiam in 4. dist. 34. qu. 23. ante 1. art. 1. ad 4. alterat Matrimonium in quantum est in officio nature, statui lege nature; in quantum est Sacramentum, statui jure divino; in quantum est in officio communitatis, statui jure civili; & ceteris ex quolibet declaratione legum posse aliquam personam effici ad Matrimonium illegitimam, & idem tenet docent in 4. contra gentes, cap. 78. Non tamen inde licet inferre, ut quilibet ex predictis legibus possit efficere irritum nate omnes personas illegitimas ad contrahendum, sed quilibet lex aliquam tantum personam, ut Divus Thomas loquitur, excepta lege nature, quæ communis est omnium nationum, cap. *Jus naturale, 1. dist. Et quidem lex divina positiva in quantum ordinavit Sacramentum Matrimonium ad regimen Ecclesie, & conservationem Christiane Reipublice inhabilitat ad contrahendum fideles dumtaxat, cap. *Quanto de e. Gaudemus, de divort. c. De infidel. de consang. & affinit.* Contra vero lex civilis in quantum statuit Matrimonium in officium communitatis, & in bonum politicum, non potest inhabilitare nisi infideles, & inter quos Matrimonium non est Sac. sed purus contractus naturalis, ut in d. *Quanto & quavis in d. cap. Gaudemus Sac. conjugii apud fideles & infideles dicatur existere, hoc tamen quoad infideles iniquitatis debet intelligi, deficientes scilicet fundamentis omnium Sacramentorum Baptismo, c. 1. & c. fin. de presb. non baptizat. At vero inter fideles apud quos Matrimonium est elevatum à Deo in Sacramentum, lex Civilis minime potest quomquam efficere illegitimum ad contrahendum sine autoritate Ecclesie, ut declarat ipsemet Divus Thomas in 4. dist. 42. art. 2. ad 4. juncto argumento contrario, ubi in fortioribus terminis ait, Sacramenta Ecclesie sicut est Matrimonium, non subdi humanis Legibus; & idem prohibitionem humanam legem non sufficere ad impedendum Matrimonium, nisi interveniat autoritas Ecclesie, quæ idem etiam interdicat, absurdum enim esset ut priori loco decerneret legem Civilem posse irritare inter fideles impedimenta Matrimonium dirimentia, cum hoc posteriori loco expresse affirmaverit, ne illa quidem que tantum impediant contrahendum, qualis est adoptio, induci possit per prohibitionem legalem abique Ecclesie autoritate.**

25 Quæ quavis obtinet dicta sunt, quia evidenter offendunt Matrimonium, nec consuetudine fieri posse irritum, nisi Sedis Apostolicæ autoritas illud irritum faciat. Ceterum quod perinet ad consuetudinem de qua rone agitur, providendum erit ab Episcopo, ut illa in futurum aboleatur; & mulier que puerum gestare conduxit, vel in acta Episcopatus cum de sacro Fonte suscipitur, vel à gestatione hujusmodi abstinat, ut Sacra Congregatio censuit.



DE COGNATIONE SPIRITUALI

Idem Alexander III. eidem Salernitano Episcopo.

CAPUT II.

SI vir, vel mulier, scienter, vel ignoranter, filium suum de sacro fonte susceperit, an propter hoc separari debeant? Consultationi tuæ taliter respondemus, quod quamvis generaliter sit institutum, ut debeant separari, quidam tamen humanum sentientes, aliter statuerunt. Ideoque nobis videtur, quod si ex ignorantia, siue ex malitia id fecerint, non sunt ab invicem separandi, nec alter alteri debitum debet subtrahere, nisi ad continentiam servandam possint induci, quia si ex ignorantia id factum est, eos ignorantia excusare videtur; si ex malitia, eis sua fraus non debet patrocinari, vel dolus.

SUMMARIUM.

- 1. Compaternitas scienter vel ignoranter inter conjuges superveniens, conjugium non dissolvit.
2. Parentibus carnalibus non licet filium proprium de sacro fonte suscipere.
3. In opinione varietate hominum amplectenda est.
4. Opinio singularis fovens Matrimonium, an et quando contra communem sit tenenda.
5. Cognatio spiritualis, an contrahatur inter concubinarium et concubinam, qua filium ex eo susceptum legitimum tenet et n. seqq. usque in finem.

- 6. Cognatio spiritualis contrahatur à laico baptizante in extremo necessitatis articulo.
7. Baptizans filium in extrema necessitate ab uxore non est separandus.
8. Licet contrahat eam ex cognationem spirituales et n. 10.
9. Cognatio spiritualis quam contrahit pater baptizando proprium filium ex concubina susceptum, impedit Matrimonium contrahendum et dirimit post contractum.

SI vir, Compaternitas scienter vel ignoranter inter Conjuges superveniens conjugium non dissolvit. Hoc dicit secundum Joannem Andream cum quo concordant Butr. Card. Anchar. Abbas, Alexander de Nervo & Praepos. communis decisio, consultatio & responsio secunda hie Consultationi & hæc primò recte Canonum antiquorum contraxerunt. Secundo aliam partem approbat & rationem reddit hie. *Hæcque.*

Nota primò hie *Filium suum &c.* Parentibus carnalibus non licet filios proprios de sacro fonte suscipere; alius enim debet esse pater carnalis & alius spiritualis, ut hie per Abb. in 1. not. & Alex. de Nervo n. 2. sed an hoc procedat in eadem necessitate, anve eo casu spirituali cognatio contrahatur, dicam infra in 1. q. Secundo nota hie *Humoribus.* In varietate opinionum amplectendum esse humanitatem, id est rationabilem & equoerem, ut hie exponit Host. n. 1. Joan. Andr. Abb. & Alex. de Nervo omnes n. 3. Si vero utraque opinio sit rationalis, sequendum est plurimorum judicium secundum Host. qui allegat in simili bonum textum in c. *In Canonica 19. dist. de sequuntur Joannes Andreas et alii prælegati, in foro autem confidenter si utriusque sint opiniones æque probabiles seu rationabiles ex præcepto eligenda est tutior, ut probavi latissime in c. *Ne imitari supra de Consuet.* Sed circa Matrimonium Host. hie n. 2. tradit pro regula certa & sana ut ubicumque Magistri per glossas suas Matrimonium solvunt, nec ius expressum inducunt, si invenias aliquem contrarium scribentem, et ad hæretos, arg. c. *licet ex quadam, in fin. supra de testibus, & hinc regulam magis faciunt & approbant hie Joannes Andreas n. 3. vers. Aliter, Abbas & Alex. de Nervo in 2. not. quod tamen limitat Card. hie in fin. de Alex. de Nervo n. 3. dummodo ille qui tenet contrarium possit opinionem suam aliqua probabili ratione adjuvare. Item hoc limitat Abbas ubi supra, nisi communis opinio habeat quali textum pro se, quia tunc non licet sequi opinionem singularem pro Matrimonio sustinendo.**

Quarto, Titius laicus in extrema necessitate baptizavit filium Annæ, ac deinde habita copula cum ipsamet Anna ac prole suscepta, eadem Anna filium sic susceptum jam mortuum, in extrema indem necessitate domi baptizatum tenuit, Fagnan. in IV. Lib. Decretal.

an Titius tam in primo quàm in secundo casu cum Anna spiritualium cognationem contraxerit.

Certum est in primo casu eum contraxisse cognationem spirituales, quippe que tam Jure communi, c. 1. de cognat. spirit. l. h. 6. quàm ex Decreto Conc. Trid. c. 2. sess. 24. de reform. Matrim. contrahitur inter Baptizantem & baptizatum baptizante patrem & matrem, ita ut impediatur Matrimonium contrahendum & dirimit contractum. Id enim habet locum etiam in laico baptizante in extremo necessitatis articulo, ut docent Host. in summa eod. tit. §. Et an aliquis n. 8. Archid. & Bellan. in cap. Omnes 30. q. 1. Angel. in verbo Matrimonium 3. impedimentum 6. numero 16. Silvester Matrim. 8. quaestione septimà d. 7. Covarr. in 2. decret. 2. par. c. 6. §. 4. n. 4.

In secundo autem casu, quamvis Anna suscipiendo proprium filium de sacro fonte videatur cum illius patre spiritualium cognationem contraxisse ex Decreto Concilii superius relato, dubium tamen facit textus in c. *Ad limina 30. q. 1.* ubi dicitur quemdam Stephanum qui proprium filium in extremo vitæ positum baptizavit, non esse propterea separandum ab uxore; & reprehenditur Episcopus qui illum separandum censuit, quasi proinde contraxerit cum cognationem spirituales, que debiti petitionem aut exactiorem prohibeat.

Ceterum dicendum est illum textum procedere in legitimis conjugibus, cum enim in casu necessitatis pater ex debito justitiæ teneatur proprium filium baptizare, iniquum esset ut eum ob causam privaretur jure exigendi debitum à legitima uxore, ut ibidem legitur atque ita contrahitur quidem etiam eo casu cognatio spiritualis, non tamen talis que ullem afferat præjudicium Matrimonio jam ritè contracto, & in hunc sensum intelligendi sunt Joannes Andreas hie n. 4. in verbo *Malitia*, Abbas & Alex. de Nervo in 1. not. dum dicunt non oriri aliquod impedimentum, cum pater carnalis in hunc necessitate proprium filium tenuit in Sacramento Baptismi vel Confirmationis. At fecit est in concubina, quia cum ejus commercium sit Jure prohibitum, pater suscipiendo proprium filium, contrahit talem cognationem cum concubina que impedit contrahendum & dirimit post contractum.

Non etiam hoc casu viget ratio illa, quod non debeat pri-

in c. 30. 1. 7. Et in c. 1. ad l. 6. in gloss. ult. in fia. de tradit. Abb. hic est. n. 4.

1. Hic impedimentum cognationis spiritualis restricta sunt ad remota Concilii Tridentini in c. 2. sess. 24. de reform. Matrim. Quo statum est, ut unus tantum live vir, live mulier vel ad summum unus & a baptizatum de baptismo faciantur, inter quos ex baptizatum ipsam & illius patrem & matrem tantum spiritualis cognatio contrahatur, omnibus inter alia personis hujus spiritualis cognationis impedimentum omnino sublatis. Itaque contra dispositionem hujus Decretalis hodie valet Matrimonium contractum inter filium sacerdotis & baptizatum, ut censit Sacra Congregatio Roman. Et Gregorius XIII. dubitantibus respondit, non esse revocata hanc per regulam Pii V. publicatam die 20. Augusti 1566. cum sit magis declaratoria, quam regula.

Secundo nota, consuetudinem posse personas habiles inhabilitare ad contrahendum Matrimonium & sic creare novum impedimentum dirimens quando est talis, ut ex ejus observantia factum generetur, ut hic per Host. in ver. Consuetudinem n. 1. Joan. Andr. in eodem ver. n. 2. Butt. n. 6. Card. in fia. Abb. n. 3. de hoc latius dicam infra, n. 10.

Quarto, Posita loci consuetudine, secundum quam mulier pene puerum baptizandum usque ad janam Ecclesie, ubi ibidem tradit futuro compari a quo pater interfecerit ac de baptismo suscipitur ab ipse ac quod mulier illum in actu baptismi ministratum prohibet.

Postea etiam decisio Sacre Congregationis Concilii quia declaratum fuit mulierem hoc casu non contrahere cognationem spiritualem.

Item posita alia consuetudine eundem loci antiquissima ut mulier sic puerum defuncti in libro Parochi ut comiter refertur ac pro tali a baptizati parentibus, ac loci universo populo traditur ac reputetur.

An pater pueri baptizati cum tali muliere Matrimonium contrahere liceat, hinc decreto Concilii Tridentini cap. 2. sess. 24. de reform. Matrim. ac si contrahant ac Matrimonium sit irritum, nec no.

Circumscripta consuetudine, secundum quam hujusmodi mulier pro comitate reputatur, aperte constat ex gestione preclara eam non contrahere cognationem spiritualem cum in actu baptismi nullum ministerium prebet, nec tangat, nec tenet, nec suscipit prout requiritur de jure communi c. Quare, s. Si qui e. Mater Ecclesia de consecr. dist. 4. cap. 2. 3. 4. & 5. cap. Omnes 30. q. 1. c. Post susceptum 30. q. 3. cap. Matrim. c. Contrahendo, cap. Veniens infra 30. q. 1. c. Et sic est. tit. in 6. Qui Canonici de hac re loquentes utuntur hoc verbo, suscipit, accipit, tenet, levat & his similibus & assidue Gemina. & Franco. in d. cap. 1. hoc rit. lib. 6. Colletiar. hic Navarr. conf. 2. num. 3. eodem tit. Covarr. in 4. lib. dist. in 2. pariter cap. 6. §. 4. n. 5. Idque format hic locum post Tridentinum Concilium quod in d. c. 2. sess. 24. de reform. Matrim. habet unum vel unam tantam, vel ad summum unum & unam designat; decernitque si alii ultra designatum suscipit baptismum, cognationem spiritualem non contrahere.

Verum statum consuetudine loci que habet, ut hac mulier habeatur pro comitate & reputetur, quod pertinet ad primam partem questionis videtur respondendum parenti baptizati non licere cum tali muliere Matrimonium contrahere.

Nam consuetudo potest inducere novum impedimentum Matrimonii contrahendi, ut probat text. hic, & in cap. Super eo infra eod. juxta unum intellectum, ubi gloss. magna Goffred. Vincent. Butt. in 3. col. prope finem Abb. n. 6. Joan. Andr. in cap. Quod super his in fia. de consang. & affin. & hic Abb. n. 4. que refertur opinionem Host. contrarium sentientis.

Neque obstat, quod Hostiensis sentiat, talem consuetudinem ut contrariam Jani Divino & Canonico non valere, quia duobus modis respondet Abb. d. n. 4. Primo eam consuetudinem Juri Divino & Canonico, non esse contrariam; quoniam enim ea jura permittunt Matrimonia in gradibus non prohibitis, non tamen precipiunt, ut contrahantur, & ita hujusmodi consuetudo eis directe non contradicit; Secundo ut hic considerat Abb. Est consuetudo non possit tollere Jus Divinum, post tamen illud limitare, agere & interpretari, quod erudit etiam Innoc. in c. fia. de consang. & post alios Navarr. conf. 70. de jur. n. 6.

Neque vero talis consuetudo impedit Matrimonium contrahendum, sed non dirimens contractum videtur sublata decreto Concilii d. c. 2. sess. 24. de reform. Matrim. nam Concilium restringit quidem impedimentum ex cognatione spirituali profectum ad baptismum & baptizatum ac suscipientem, baptizatumque patrem ac matrem, jubetque unum tantum designat & alios non contrahere cognationem & tollit impedimentum hujus cognationis spiritualis inter alias personas; sed loquitur de impedimento & impeditore & di-

mitente, ut patet ex ratione quam habetur initio in d. c. 2. in illis verbis: *Ubi ex parte unius propter multitudinem prohibicionem per se in casibus prohibitis ignorantem contrahit Matrimonia in quibus non sit magis peccato testaveratur vel eo non sine magis peccato contrahatur. Que ratio non applicatur impedimento inducitur a consuetudine quod ut dictum est, impedit Matrimonium contrahendum, sed non dirimit potest contrahere, ut inferius dicitur. Itaque decretum Concilii non pertinet ad hujusmodi impedimentum.*

Ceterum quod spectat ad secundum questionis partem, videtur respondendum Matrimonium non esse irritum, nam consuetudo potest quidem impedire Matrimonium contrahendum, ut dictum est (at seculo Romano Pontificis consensu & approbatione) nullam vim habet ad dirimendum Matrimonium potest contractum, text. est in c. 1. de spons. & habetur ex gloss. supra est. Ugon. Ber. Vincent. Goffred. quos ita declarat Joan. Andr. in d. c. Quod super his in fia. ubi etiam Anchar. in fia. de Ant. de Butt. d. c. Super eo Archid. in c. Placuit n. 1. dist. 32. & hic Turrecem. art. 2. n. 12. Altan. in Summ. 2. part. lib. 8. tit. 18. art. 11. q. 4. ad finem, Tabien. in verb. Impedimentum 1. q. 4. n. 5. Steph. de Gaet. in reposit. c. ad litem 30. q. 1. §. 4. n. 276. Quibus potest etiam adjungi Innoc. dum in d. c. Super eo, voluit contrahentes contra consuetudinem posse tantum separari ad presentiam peragendam vel ad tempus, & ita sentit consuetudinem posse inducere vinculum potens ad impedendum Matrimonium contrahendum vel contractum ad tempus separandum, non autem ad dirimendum perpetuo. Et sequuntur in d. c. Super eo, infra eodem Butt. in fia. Abb. n. 6. Alex. de Nervo n. 16. Propol. n. 4. Ansel. in verb. Matrimonium 3. impedimento 17. n. 1. Silveii. Matrimonium 2. q. 3. Que conclusio validis etiam rationibus sustentitur, ut ex infra dicendis patet.

Neque obstat quod in d. c. Sup. eo, filii duorum contractum per quorum neutrum deventum est ad comperitatem, licet invicem contrahant Matrimonium & tamen, si soluit consuetudo impediens & dirimens talia Matrimonia, servanda sit loci consuetudo secundum intellectum magis communem, ut notatur hic in Summo.

Primo enim responderetur, idem consuetudinem eo casu valere, quis Alexander III. illam expresse approbat, data referit Vigilianti Episcopo; De his in volumine consuetudinum Metropolitanae ecclesie, & inquirere & diligenter inquiri; ita quod si episcopus ecclesie consuetudo habet inter eos, non sustinere conjugium fieri, nec sicut firmatiter robar habere, ita simili modo in ecclesia tunc commissa conjugium hujusmodi fieri non permittit. Et si quis taliter consuetudinem invenerit, separata ab invicem non omittat. Ad idem text. in c. Quod dilectus, de consang. & affin. hic Unde in hac parte consuetudo dicitur multitudine, & obscuritas consuetudinis desideranda, quoniam alius in dispositione, & scandalum populi servandum quodam adhibita noverit.

Certum est etiam, ex consuetudine posse induci impedimentum dirimens, quando per Summum Pontificem approbatur, quia tunc ratio in naturam Constitutionis Apostolicæ ut consent Host. in cap. fia. n. 1. de sponsa duorum, & in c. 1. in fia. de consang. & affin. & in Summo. de cognat. spirit. §. Quis sit officium n. 9. Turrecem in c. Placuit art. 1. 32. dist. Unde cum consuetudo in his specialit casu approbata fuerit per Sedem apostolicam, extendi non debet ad alios casus, in quibus similis approbatio non reperitur, itaque hanc intellectum ad illum text. tradit Host. in c. Quod super, in fia. de consang. & affin. & in d. c. Super eo n. 5. ver. Non omittat, & in Summo. ubi supra n. 6. & dicit communem Rosella in verb. Impedimentum 1. n. 7. Imo, ut ait Silveii. in verb. Matrimonium 2. q. 3. in fia. Opinio Hostiensis, quam Altan. dicit esse communem, videtur esse clavis, & maxima ad decidendum hujusmodi questionis.

Deinde responderetur, idem valere dictam consuetudinem in d. c. Super eo, quia habet consensum juris veteris, secundum quem contrahatur quedam affinitas ex comperitate unius filiorum, ut etiam alii conjungi non possent, c. Post susceptum, 3. q. 4. & notatur hic. Quem intellectum ad d. c. Super eo, tradit gloss. in verb. Consuetudo, & hic Anst. de Butt. in fia. de Ant. de Butt. d. c. Super eo, & Alex. de Nervo n. 18. & seqq. & item Butt. in cap. Quod dilectus n. 10. de consang. & affin. ubi etiam Propol. n. Joan. Andr. post Ugon. Bernard. Vincent. & Goffred. in d. c. Quod super his in fia. de consang. & affin.

Unde consuetudo, de qua in d. c. Super eo, extendi non debet ad casum, de quo agitur, in quo mulier que puerum non tenet, etiam inspecto jure veteri ante Concilium spiritualem cognationem non contrahit, ut initio probavimus.

Quis imo ad validitatem hujusmodi consuetudinis non solum desiderari, ut habeat consensum juris veteris, sed etiam ut scandalum generet, nisi observetur, fons in d. cap. Super eo, gloss. in verb. Consuetudo, Butt. in fia. Abb. n. 4. Propol. n. 6. Alex. de Nervo n. 18. & 19. gloss. in c. fia. in

verb. Cognovissent, de sponsa duorum, & in d. c. Consuetudo, in fia. de Clericis conjug. & in d. c. Quod super his, in ver. Non alio modo, & hinc Abb. n. 4. Propol. n. 6. de consang. & affin. Et Clave probatur hoc in fia. ubi idem Alexander III. in eodem casu, in quo, ut dictum est, de jure antiquo contractum non poterat, revidere Archiepiscopo Salernitano, Matrimonium licet contractum, nisi consuetudo Ecclesie, que scandalum generet, aliter se habere voluerat. Fuit tunc in d. c. Quod dilectus, de consang. & affin. in illis verbis, in dispositione & scandalum populi, &c.

Et quoniam Sauch. de Matrim. l. 7. de imped. dist. 4. n. 11. sentit consuetudinem habere vim inducendi novum impedimentum dirimens, licet nec a Papa sit specialiter approbata, nec habeat consensum juris veteris, nec scandalum generet, eum tamen opinio in hoc singulari est, nam plerique in hac materia tenent consuetudinem non valere, nisi specialiter approbatur per Romanum Pontificem juxta tenorem d. c. Super eo, & licet sententia communit est, ut dicitur supra. Alii tamen in demum valere consuetudinem, & habere consensum juris veteris, ut lamulari distinet. Alii demum tenent non sufficere juri veteri consuetudinem, sed requiri etiam scandalum ad presentiam hujus Decretalis, quorum opinionem recitat Silveii. in verb. Matrim. 2. q. 3. & item Sauch. ubi supra n. 1. & seqq. Verum consuetudinem posse in habilitate ad contrahendum, etiam seculo scandalo, consensu juris veteris, & specialit approbatione Romani Pontificis, nono aliter nisi sola & dicitur, ut idem tenent n. 11. ver. Quoniam scatur, nam Sotus relati, d. c. Matrim. ad finem, & alii ab eodem Sauch. relati, d. c. Super eo, aliter tenent, ut per text. in c. fia. de re judic. script. Host. in cap. Si vir, infra eodem, Barbac. conf. 60. Scripsit est lib. 1. Nec respicitur text. in quo precipit Sauch. se fundat in c. fia. in fia. de consang. ubi habetur generaliter, consuetudinem consuetudinem de rege juri solvitur in re rationabilis, & legitime sit posterior. Nam respondere consuetudinem esse reddit hinc in habilitate ad contrahendum hinc approbatur Pontificis, tunc esse rationabilem, nec legitime precipiam.

Non est tamen illud, quia a jure specialiter reprobat, tunc in c. 1. de sponsa, ut paulo inferius dicitur, nisi delectis in d. c. fia. de consang. in verb. Rationabilis, ver. Inhabilitatis, que interpretatur a jure. Que communiter illic recipitur a Doctoribus. Deinde quia cum consuetudo sit juri posterior, non potest dirimere Matrimonium, quod legitime a jure dicitur, ut ait Card. in c. 1. de sponsa, n. 5. ac proinde habere tenent Calder. in cap. fia. de sponsa duorum, quem hic refert, & sequitur Alex. de Nervo n. 23. & probatur in d. c. de sponsa, ubi quidam Gallus, qui uxorem dimiserat & aliam duxerat, credens primum Matrimonium esse nullum, propterea quod illo contrahendo non servaverat legem, id est, consuetudinem Patris, cogit ad primam uxorem redire, & pariter agere, ut transgressus Evangelice legis, atque ita ex eo textu deducunt Innoc. in fia. Host. paulo post. primo. in verb. Superinducit, Joan. Andr. n. 5. Abb. n. 3. Propol. num. 7. ver. Circa primum.

Nec verum est tenent in d. c. 1. esse intelligendum de consuetudine Latorum, quibus nulla est de rebus spiritualibus dispositio potestas, non autem de consuetudine Latorum & Clericorum. Imo enim ille text. cum simpliciter loquatur de consuetudine, ad quem inducendam requiritur consensus totius, vel majoris partis populi, secundum gloss. in d. c. fia. de consang. in verb. Legitime prescripta, ver. Item requiritur quod major pars populi intellexit debet de consuetudine tam Latorum, quam Ecclesiasticorum, cum & si sint de populo & universitate, Oldr. conf. 32. Questio est, utrum Sacerdos. Atque ut illam intelligat Abb. n. 9. ubi in questione illa, An contrahentes omnia solemnitate peccent mortaliter, necne, concludit non peccare, si solemnitate inducitur sit a statuto, secus si a consuetudine, cum hanc sit Episcopi & Clerici, quibus est auctoritas statuendi circa hujusmodi solemnitates. Et de hoc consuetudine dicit loqui predicam decretalem. Ut verbi agatur de substantiis Matrimonii, omnes affirmant consuetudinem non valere. Ratio est, quia sicut Lici, ita & Clerici carent potestate statuendi in his que pertinent ad essentialia Matrimonii, cum hoc sit Summo Pontifici reservata, & in hoc se fundat tenent in illis verbis, Illi transgressus Evangelice legis, atque ita censent Innocentius, & alii superius relati, & declarat in eod. c. 1. Felin. n. 23. ver. Secundo tenent hanc op-

elationem, & Silveii. in verb. Matrimonium, d. n. 32. prope finem, ver. Quod non est error 3. Et quoniam hinc ex emollicet in consuetudine licita, hoc tamen non ideo factum, quod Clerici in ea non comprehendantur, sed quia denominatio sit a Lici, in quibus major pars populi consistit. Sicut Collegium civitatis laicale, si in eo plures sint laici, quam Ecclesiastici, secus si in la. fia. de Collig. illis. Abb. in c. fia. n. 3. de cons. Silveii. in verb. Colleg. in prin. Sed nec dici potest hanc consuetudo legitime prescripta, quia cum sit contra jus divinum, ut probat in d. c. 1. de sponsa, in eodem verbo, Illi transgressus Evangelice legis, ut notat hic Card. & alii, nullo unquam tempore potest prescribi, c. Cum esset, de test. & est communis omnium resolutio in c. Quanto de consuet. Cov. variat resolut. lib. 3. c. 13. n. 9. Rationem reddit S. Thom. in 1. 2. qu. 83. art. 3. ad 1. quia lex divina procedit a voluntate divina, & unde non potest mutari per consuetudinem procedentem a voluntate hominum, sed solum per autoritatem divinam mutari potest, & inde est ut nulla consuetudo vim legis obtinere possit contra legem divinam, gloss. in d. cap. fia. in verb. Legitime, ubi quod sit tale jus, facit text. in d. cap. Quod super his, de consang. & affin. hic; Ne autem infra gradus prohibitos Matrimonium contrahatur, debet publicit inhiere, & presertim Ecclesiastica disciplina punire, non obstante consuetudine, que dicitur esse totius corporalis.

Præterea ad hoc ut sit legitime prescripta, multis alia desiderantur, & idque latius habet littera predictæ Decretalis, ut de consuetud. que dam sequitur, ut longeva consuetudo, facti aperte innot ultra tempus necessarium ad prescriptionem inducendam, alia etiam debere concurrere; que implicite continentur sub illo verbo, Legitime, & recentior hic à glossari Doctoribus. Inter hæc autem illud est præcipuum, ut consuetudo inducitur licite sciente & patiente Principe, qui potest in his jura concedere, Innoc. in verb. de consuet. Felin. qui alios citat in c. Cum esset, n. 8. de prescript. Gravet. conf. 96. n. 7. Silveii. in verb. Jesuam, num. 2. gloss. & DD. in dicit. cap. fia. de consuet. quod maxime procedit in sacramentalibus, Clemen. in verb. de stat. & qualiter. gloss. in c. fia. de sequestrat. n. 1. de Ant. de Butt. in c. Abbas in fia. Propol. n. 3. & 5. Alex. de Nervo n. 8. Rosell. in verb. Nuptia n. 2. Silveii. in verb. Consuetudo, 92. 7.

Nec laus est, ut putat Sanchez scientia illa generalis, quam Pontifex habuit, cum edidit præscriptam, ut consuetudo, sed requiritur specialis, & individua secundum opinionem, quam sequitur Rota ut in Romana concordia S. Petri, & coram Card. Cavalerio, post gloss. Host. de Abbas in dicit. cap. fia. de consuet. qui melius locum tenet, quam Thomas Sauch. ut inquit novissime Bail. Pont. de Matrim. lib. 6. cap. 8. n. 5. Quin imo nec sufficit consensus Principis permissoria, sed requiritur etiam approbatio, cum eadem potestas requiratur in legis abrogatione, que requiritur in eius additione, multa enim per patientiam tolerantur, & c. cap. Cum jam dudum de prebend. ut late probat loc. cit. idem Basilus Pont. qui loquitur in terminis consuetudinis, de qua agitur & pluribus constat opinionem Sanchez, ubi supra, & Suarez lib. 7. de legibus, c. 12. in fia. circa intellectum dicit. c. fia. de consuet. & ut diximus, & est sententia Host. communiter approbata in dicit. cap. Super eo, infra eodem.

Nec mirandum, quod Sauch. hanc vim tribuat consuetudini laicorum & clericorum simul, quandoquidem cum tribuit etiam Principibus secularibus, quos lib. 7. de imped. dist. 4. q. 5. n. 2. Indubie affirmat ex genere & natura sua potestatis posse impedimenta Matrimonium dirimens fidelibus sibi subditis ex jura extra sua legibus indicare eo pacto, quo Summo Pontifici potest, quod est contra Sacrorum Canonum, & Tridentini Concilii decreta, ac receptissimas Theologorum & Canonistarum traditiones, de quibus late per Felin. in cap. 1. de sponsa. motus potissimum ac ratione, quod cum potestas secularis ad tranquillitatem Reip. sit instituta, ejus est id quod ad hanc finem desideratur. providere, quale est circa Matrimonia incunda sancire, illa impediendo, & irritando, cum inde maxime pendeat tranquillitas, & recta Reip. gubernatio.

Quippe hoc argumento liceret etiam secularibus potestatibus tollere impedimenta dirimenta, & dispensare in gradibus prohibitis, cum id multoties expediat Reip. tranquillitati, puta ad sedandas capitales iniurias inter magnates, ad conservanda bona feudalia in familia ecclioica, ne transirent in hæreticos, vel infideles, aut ob aliam publicam causam ad præscriptum c. 5. sess. 24. de reformatione. Sic hinc hinc hoc argumento fas esset magistratibus secularibus ex vi suæ potestatis Clericorum delicta coercere, Ecclesiasticos ad tubenda onera Reip. compellere delinquentibus ad Ecclesiam consuetibus immunitatem Ecclesiasticam adimere, Patenas, Callotas, & Vasa Sacra convertere in utilitatem

errorem. Ideoque mandamus, quatenus si constiterit, quod miles ignoranter contraxit cum ancilla, ita quod postquam intellexit conditionem ipsius, nec factio, nec verbo consenserit in eandem, propter quod per Cardinalem eundem ab ejus fuerit consortio separatus, contrahendi cum alia, liberam ipsi concedas autoritate Apostolica facultatem.

SUMMARIUM.

- 1 Matrimonium separatur, si liber contraxit cum ancilla ignoranter, & ex quo scivit, non consensit, & cum alia contrahere potest.
2 Legatus in Provincia sua potest causas Matrimoniales cognoscere ac definire.
3 Et quid post Concilium Tridentinum.
4 Error conditionis dirimit Matrimonium jam contractum.
5 Errantis nullus est consensus.
6 Declaratur n. 8. & seq.

Ad nostram. Si liber contraxit cum ancilla ignoranter, & ex quo scivit non consensit, separatur Matrimonium; & cum alia contrahere poterit. Hoc dicit secundum Joan. Andr. cum quo ceteri concordant. Secunda pars hic. Ideoque.

Nota primo ex principio littere; Legatum Sedis Apostolicæ in provincia sibi decreta posse cognoscere ac definire causas Matrimoniales & in casibus a jure permissis Matrimonium separare, Host. hic in princip. in verb. Militem, Joan. Andr. n. 2. Abb. in primo not. qui subdit hoc facere ad limitationem, cap. Accedentibus de excess. Prælat. ubi dicitur esse dignitatis Episcopalis causas Matrimoniales audire. Sed hodie cause omnes fori Ecclesiastici & præsertim Matrimoniales & criminales, in prima instantia coram Ordinariis locorum sunt cognoscendæ, ac terminandæ, nec Legati etiam de latere quarumcumque facultatum vigore possunt in prædictis causis Episcopos impedire aut aliquo modo jurisdictionem ipsi præcipere, alias eorum processus nullius momenti sunt, & ad damni satisfactionem partibus illati tenentur, ut statuitur decreto Concilii Tridentini cap. 20. §. Legati quoque sess. 24. unde nisi speciali facultate post Concilium sint muniti, in prædictis causis nullatenus se ingerere possunt.

Secundo nota hic Separavit. Errorem conditionis dirimere Matrimonium jam contractum ac proinde ab Ecclesia esse separandum, concordat cap. Proposuit supra eodem, & c. Si quis ignorans 29. q. 2. & merito quia errantis nullus est consensus, c. Si quis ancillam, §. Hic ito 29. q. 1. & l. Non ideò, C. de jur. & fact. ignori. imò nihil magis contrarium contenti, quam error, l. Si per errorem, ff. de jurisd. om. judic. de vocat. gloss. 1. hic & communiter DD.

Adverte tamen, quia non omnis error vitiat Matrimonium unde pro pleniori doctrina sic distingue secundum Anr. de Butr. hic n. 5. Quidam est error conditionis deterioris, per quem scilicet fit deterior errantis conditio, ut quid credidit eam liberam, cum esset ancilla & hic error vitiat, ut in hoc cap. & in c. Proposuit supra eodem, & in c. Si quis ignorans 29. q. 1. Si tamen ancilla invito ingenio diverteret, cogenda est ab Ecclesia stare Matrimonio; & idem in casu controverfo, nam qui decipit, compellitur, ut notatur in c. 1. de eo qui dicit in Matrim. & hic per Butr. in fin. Anchar. n. 4. vers. Quærit gloss. Abb. & Alex. de Navo in fin. Navar. in Manual. c. 22. n. 13. Quidam est error conditionis melioris, veluti cum quis contrahit cum libera, quam credidit esse ancillam. Hic quidem errat, quia error nihil aliud est, quam unum pro alio putare, cap. In quibus 21. q. 2. cap. Quomodo 28. dist. & tamen nemo dixerit ex hismodi errore Matrimonium vitari, quia si sciverit eam liberam verisimiliter contraxisset, cum per hoc errantis melior sit conditio, nec respectu sui conditionis dicitur deceptus, ita notabiliter distinguit Glossa in Summ. hujus tit. §. Item quid si servus, Host. hic n. 1. Joan. Andr. num. 2. in ver. Conditionis, Part. n. 5. vers. Obstat primò & alia communiter consentit D. Thom. in 1. 2. q. 6. art. 8. ut scripti plenius, in cap. Significatum, d. n. 21. usque ad n. 27. de regul. ubi per hanc doctrinam tenet contra Doctores modè, professionem tacitam induci per dilationem aequali habitu indistincti, non obstantè errore, seu ignorantia nullitatis expressæ ad n. 1. usque ad n. 49. Quidam est error

- 12 Ratificatio alius nulli non inducit sua scientia nullitatem.
13 Procedi si nullitas cognita verisimiliter retraxisset ab actu gerendo; aliis secus.
14 Subrepto non inducitur ex taciturnitate eorum que non retraxissent Principem à gratia concedenda.
15 Matrimonium nullum, data notitia nullitatis ratificatur per supervenientem consensum factio vel verbis expressum.
16 Copula carnalis inducit consensum conjugalem licet nullum verbum proferatur, si aliquis tractatus præcesserit aliis secus, n. 18.
17 Verba in Matrimonio non sunt necessaria præcise etiam quantum ad hoc, ut Ecclesia de Matrimonio contractu certificetur.

qualitatis paræ conditionis, ut quia credit eam servam Ecclesie & est serva privati; & hic error non impedit Matrimonium, quia sufficit ut hoc non sit jure scriptum. Quidam denique est error qualitatis persone, ut si ducatur pauperem, quam putabat locupletem, aut corruptam quam putabat virginem & hic error similiter Matrimonium non dirimit, quia non evacuat consensum, ut 29. q. 1. §. Ad hæc non omnis error, Joan. Andr. & Butr. loc. cit. & nemo discrepat.

Tertio nota hic. Postquam intellexit conditionem ipsius. Ad inducendam ratificationem actus nulli necessario requirit, ut ratificans sciat se intelligit illius nullitatem; non enim potest haberi ratum quod ignoratur leg. Mater, ff. de in offic. test. cum de substantia ratiabilitatis sit scientia, Bald. cons. 176. Præmittendum, vers. Item quia non apparet l. 2. ideoque ignorans actum, quem ratificat, nihil agit, leg. Qui enim in princ. ff. Rem ratam habere, Card. cons. 44. Quod ratificatio n. 4. & seq. nam ut inquit Host. hic n. 3. post gloss. ult. Antiquus consensu & primus, qui nullus fuit adhuc præsumitur pendurare, arg. c. Marites, §. final. supra de baptis. l. Sed si manente, ff. de prec. l. Si cum dies, in princ. & l. Luteo, §. penult. ff. de arbit. & l. 1. §. Adjicit, ff. de verb. obligat. Sed ut dixi in præcedenti notab.

6. hoc intelligitur procedere quando nullitas si fuisset cognita, verisimiliter retraxisset ab actu gerendo, eò quod aliquis fieret deterior errantis conditio; aliis secus, ut plenius notavi in d. c. Significatum ad n. 22. & n. 41. de regul. Et est simile in subreptione que non inducit ex taciturnitate eorum, quorum notitia non retraxisset Principem à gratia concedenda, Super litteris cum hic plenè notatis per Doctores maxime per Felin. n. 8. supra de re script. Calid. de eis. 12. num. 14. de gradat. Roa, recent. dec. 222. n. 25. par 7. cum concordant.

Ultimo nota hic. Nec factio, nec verbo consenserint. Matrimonium ab initio nullum ob conditionis errorem, data certificatione conditionis servile, ratificari per supervenientem consensum factio vel verbis expressum; & de hoc, factio, id est, per copulam subsequentem, gloss. ult. hic & Joan. Andr. n. 4. nam ipso facto consentit ille, qui cognoscit carnaliter, cui nullum verbum dicit, ut hic, & in c. Proposuit supra eodem, secundum Host. hic num. 3. & ita est hic textus apertus, quod verba in Matrimonio non sunt necessaria præcise etiam quantum ad hoc, ut de Matrimonio contractu Ecclesia certificetur, sed satis est consensum exprimere factio ipso vel signis æquivalentibus, prout hic notat Host. num. 2. in fin. dicens; nota expressum jus, quod verba non sunt de substantia Matrimonii, etiam quantum ad Ecclesiam, nec obstat textus in c. Tua fraternitati, supra de sponsal. ubi quantum ad Ecclesiam verba dicuntur esse necessaria. Nam responde, ut hic dixi in §. lehora ad n. 22. usque ad n. 36. maxime num. 23. Fateor tamen cum Host. hic n. 3. in ver. Consenserit & Joan. Andr. n. 7. Ex sola copula carnali conjugalem consensum non probari, nisi aliquis tractatus præcesserit, ut l. Nuptias, ff. de regul. jur. Ratio, quia copula est signum æquivocum, cum possit esse tam affectu conjugali, quam fornicario, sed Ecclesia ad excludendum delictum præsumit consensum conjugalem ubi præcesserunt tractatus vel sponsalia de futuro, ut hic & in c. Veniens, in §. secundo, & c. Is quidem, supra de sponsal. & observat

18

19

20

21

22

23

24

25

26

obseruat Covarr. in Epitom. de spons. part. 1. c. 4. §. 1. n. 1. Hodie tamen hæc cessant, quia in Matrimonio contrahendo servari debet forma à Concilio Tridentino præscripta

in c. 1. sess. 24. de reform. Matrim. ut plenè scripti in d. c. Is qui solum num. 8.



DE COGNATIONE SPIRITUALI.

Alexander III. Salernitano Archiepiscopo.

CAPUT I.

Utrum autem filii (aut filia) ante vel post compaternitatem geniti, possint adinvicem copulari, Canones secundum diversorum locorum consuetudines contrarium inveniunt. Et licet primus Canon exinde editus, natos post compaternitatem adinvicem copulari prohibeat, alter tamen Canon posterius editus, primum videtur corrigere, per quem statuitur, ut sive ante, sive post compaternitatem geniti sunt, simul possint conjugari, excepta illa persona duntaxat, per quam ad compaternitatem venitur. Unde nobis videtur, ut secundum posteriorem Canonem debeat observari, nisi consuetudo Ecclesie, quæ scandalum generet, aliter se habere noscatur.

SUMMARIUM.

- 1 Filii duorum compatrum, nisi consuetudo repugnet, licet contrahant, si per eorum nestem deventum est ad compaternitatem.
2 Cognationis spiritualis impedimenta restricta sunt ad terminum Concilii Tridentini, cui non est derogatum per regulam sui V. ibidem, vers. Hodie.
3 Consuetudo, qua valet gestam parum usque ad hancam Ecclesiam, habet per commore. licet eam non tangat in actu baptisati, ut contrahendum Matrimonium contrahendum, & dirimit contractum, & n. seq. usque in fin.
4 Cognatio spiritualis non contrahitur per eam qui in actu baptisati nullum prælat ministravit.
5 Consuetudo potest inducere novum impedimentum Matrimonii contrahendi.
6 Impedimentum cognationis spiritualis ex consuetudine inducitur, non dirimit Matrimonium postea contractum.
7 Contrahentes Matrimonium contra consuetudinem possunt tamen separari ad presentiam peragendum vel ad tempus.
8 Intellectus cap. Super eo, infra eodem.
9 Consuetudo inducens impedimentum dirimit ita deum valet, si sit à Sede Apostolica specialiter approbata.
10 Consuetudo inhabilitans ad contrahendum si habeat concurrens juris veteris & ex ejus observantia oriatur scandalum, an valet & seq.
11 Cetero Sanchez quod consuetudo & lex secularis possit reddere inhabiles ad Matrimonium contrahendum

- 12 Consuetudo derogat juri positivo si sit rationabilis & legitime præscripta.
13 Consuetudo irrationabilis dicitur, quæ reprobat à sacris Canonibus, aut juri Divino adversatur.
14 Intelectus, cap. 1. de sponsal.
15 Consuetudo inhabilitans ad Matrimonium contrahendum, cum sit contra Jus Divinum, nullo unquam tempore potest præscribi.
16 Consuetudo ut dicatur legitime præscripta quæ requiritur.
17 Consuetudo ut vincat legem, requirit scientiam & approbationem ejus qui potest iure ea sui condere.
18 Lex civilis non potest inducere nova impedimenta Matrimonii contrahendi.
19 Causa quantumcumque rationabilis, defectum potestatis non supplet, ibid. & num. seq.
20 Jurisdictiones Ecclesiastica & secularis à Deo distincta invicem confundi non debent.
21 Matrimonium quomodo habet rationem contractus, tamen cum adjunctum etiam habeat rationem Sacramenti inter fideles, non subest potestati secularibus.
22 Matrimonium ut sit irritum, necesse est ut sit irritum ab Ecclesia, nec sufficit legalis autoritas.
23 S. Thomæ loca de potestate legali in inducendis impedimentis Matrimonii contrahendi, conciliantur.
24 Lex naturalis divina & civilis quemadmodum possunt efficiere aliquam personam illegitimam ad Matrimonium contrahendum.
25 Matrimonium inter infidèles propter non est Sacramentum.
26 Sacramenta Ecclesiastica non subiciuntur humanis legibus.

Utrum autem. Filii duorum compatrum, per quorum neutrum deventum est ad compaternitatem, licet contrahant, nisi consuetudo repugnet. Separantur autem si per unumque vel alterum compaternitas sit contracta. Hoc dicit hoc cap. cum cap. Super eo, infra eodem. Dividitur in quatuor partes. In prima ponitur quæstio dubitabilis. In secunda Canonum contrariorum inductio, hic, Et licet. In tertia posterioris approbatio, hic, Unde nobis. In quarta approbationis exceptio, hic, Nisi.

Nota primò, personam illam per quam deventum est ad compaternitatem, non posse contrahere Matrimonium cum aliquo ex filiis baptisatis vel suscipiatis de sacro fonte, sive sint geniti post compaternitatem, sive ante, quia esticiumur ad invicem fratres spirituales. Ex quo dictum est de persona per quam deventum est ad compaternitatem intellige de baptisato vel suscipato, secus in baptisato vel Fagnan. in IV. Lib. Decretal.

suscipiente, nam baptisatus vel suscipiens bene potest contrahere cum sorore suscepti, ut hic per Abbat. Antiqu. n. 2. in verbo Exceptis. Ex hæc quæstio, ut ipse refert hinc de facto Ronone tempore Magistri sui, id est, Petri de Sampson. Et patet pauperes negare posse contrahere per hanc litteram, quia compatet vel commat est persona per quam compaternitas est contracta, & ideo prohibetur. Sed contrarium determinat ipse Abb. Antiqu. quia littera loquitur in filiis & non in baptisato, vel suscipiente. Et sequuntur Joan. Andr. n. 3. in verb. Persona, Abbas Sicul. n. 4. Alexand. de Navo item num. 4. & alii communiter. Rursum potest contrahere pater cum filia spiritali filii sui, quia cognatio spiritualis descendit de patre in filium; sed non ascendit de filio in patrem. Unde filius non potest ducere filiam spiritalem patris sui in d. videri. Sed & converso pater bene potest ducere filiam spiritalem filii, ut notatur

vari jure petendi debitum propter id quod fecit necessitate additur, quia revera nullum jus habet ejusmodi debitum a concubina petendi aut exigendi, & ita aperte tradit Navarr. in Manu. l. 16. n. 24. dicens. Interrogatus Romae, an qui infantem femestrem filium suum quem abortivit amica ejus, baptizavit jam jam moriturum absente Clerico, possit ducere in uxorem illam amicam. Respondi non posse, quia licet necessitas efficiat, ut possit compatere cum uxore sua jam nupta, eadem commatere licet rem habere, ut dicitur in d. c. ad

limina, non tamen efficit ne nascatur compaternitas quae ante Matrimonium rata illud impediatur & dirimat. Et in conf. 5. de cognat. Spir. dicit d. c. ad limina tantum excusare patrem baptizantem filium suae uxoris, nec posse extendi ad patrem baptizantem filium fornicarium suae concubinae, quia non est eadem ratio, cum illo casu agatur de non praedjudicando Matrimonio jam contracto, in hoc autem de non praedjudicando contrahendo; & sequitur Sanch. de Matrim. lib. 7. disp. 62. n. 10.



DE COGNATIONE SPIRITUALI.

Idem Alexander III. Vigilien. Episcopo.

CAPUT III.

Super eo, quod a nobis tua fraternitas requisivit, de duorum compatrum filiis? Respondemus, quod si tales filii fuerint, per quorum alterum, vel utrumque parentes ad compaternitatem venerunt, eos conjungi nulla ratione vel lineae, & conjunctos Pontificali autoritate non differas separare. Caeterum, si per neutrum eorum ad compaternitatem ventum fuerit, de his te volumus consuetudinem tuae Metropolitanae Ecclesiae, vel aliarum circumpositarum inquirere, & diligentius imitari, ita quod si ejusdem Ecclesiae consuetudo habet, inter eos non sustinere conjugium fieri, nec factum firmitatis robur habere, tu simili modo in Ecclesia tibi commissa conjugium hujusmodi fieri non permittas, & si quos taliter conjunctos inveneris, juxta earumdem Ecclesiarum consuetudinem, ipsos separare ab invicem non omittas. Verum si de consuetudine habeatur, ut talia conjugia permittantur, id in Ecclesia tua dissimulare poteris, ita quod nec contradicere, nec tuum videaris praestare assensum, quia sicut grave est, antiquam consuetudinem circumadjacentium Ecclesiarum super his contemnere, sic quoque gravius videtur, si propter eam hujusmodi conjugii tuum indulges assensum, cum possit sic in exemplum assumi.

SUMMARIUM.

Compatrum duorum filii per quorum neutrum deventum est ad compaternitatem, licet invicem Matrimonium contrahant, nisi obset loci consuetudo.

Super eo. Filii duorum compatrum per quorum neutrum deventum est ad compaternitatem, licet invicem contrahant Matrimonium, si tamen subest consuetudo impediens & dirimens talia Matrimonia, servanda est loci consuetudo. Hoc intendit secundum intellectum quem Abbas dicit esse magis communem.

Nota hic Consuetudo habeat inter eos non sustinere Conjugium fieri, ex consuetudine posse induci ut habiles ad Matrimonium contrahendum reddantur inhabiles, & ita secundum hunc intellectum consuetudo potest inducere impedimentum, non tantum impediens Matrimonium contrahendum, sed etiam dirimens post contractum. Sed huic intellectui repugnat textus in c. Quoddam super in fin. vers. Nec autem, infra de consang. & affin.

Pro conciliatione horum jurium multum torquentur Mo-

Cognationem Spiritualem non contrahit qui baptizatum non tetigit, sed candelam tenuit juxta Consuetudinem loci.

deni qui de Matrimonio Tractatus ediderunt, videlicet Thomas Sanchez lib. 7. disp. 4. & Basil. Pont. de imped. Matrim. c. 1. §. 2. Tu vero dicas consuetudinem non esse tantae potentiae, ut possit inducere impedimentum dirimens Matrimonium, ut fuisse probavi in c. 1. §. 2. usque ad n. 26. supra eodem, nisi fuerit per Summum Pontificem approbata, & in hoc casu loquitur hoc capitulum, ut hic dicit n. 8.

Potero Sacra Congregatio Concilii alius censuit Matrimonium non esse nullum etiam de Jure communi, ex eo quod A. contraxerit cum B. cujus filium de Sacro Fonte levavit, cum puerum non suscepit nec linteum tetigerit, sed simpliciter candelam tenuerit juxta consuetudinem Regionis, nam consuetudo non potest inducere impedimentum.



DE COGNATIONE SPIRITUALI.

Innocentius III. Episcopo Archidiacono Liconien.

CAPUT VI.

Veniens ad Apostolicam Sedem C. Anglicus, & infra. Mandamus, quatenus si constiterit H. mulierem praedicti viri filium de sacro fonte levasse, antequam eam desponsasset uxorem, vos inter eos divortium, appellatione postposita, celebretis.

SUMMARIUM.

- 1. Compatere qui in actu Baptismi infantem non tetigit, sed Presbitero tradidit baptizandum vel baptizatum de manu Presbiteri suscepit, an contrahat cognationem Spiritualem & n. seqq. usque in finem.
- 2. Tactus moralis, an sufficiat ad contrahendam cognationem Spiritualem. Ibidem.
- 3. Patrinus est fidejussor baptizati apud Deum eumque in fide catechizat.
- 4. Verba suscipere de Baptismo vel in Baptismo quid importent; & quid de verbis levare, tenere vel tangere.
- 5. Tactus corporalis requiritur ad cognationem Spiritualem contrahendam.
- 6. Cognatio Spiritualem an possit contrahi per procuratorem & n. 15.
- 7. Cognationis Spirituales definitio.
- 8. Tangens linteum quo puer est involutus, aut simulans puerum tangere, an contrahat cognationem Spiritualem.
- 9. Cognatio Spirituales ex Concilio Tridentino requiritur tactum & designationem.
- 10. Cognatio Spirituales inducitur est de jure positivo ad instar generationis & naturae naturalis.
- 11. Tactus immediatus praecedens vel subsequens Baptismum, an sufficiat ad cognationem Spiritualem contrahendam.
- 12. Cognatio Spirituales imitatur naturam.

- 12. Quae in continenti sunt videntur ineffe.
- 13. Puerum presentans Presbitero baptizandum, an contrahat cognationem Spiritualem.
- 14. Cognatio Spirituales inter fidelem & paganus non potest contrahi. Sed tenet cum Christiano mox futuro, n. 20.
- 15. Juramentum non potest praestari per relationem ad scripturam juratam, nisi fiat in continenti. In materia & forma Sacramenti sufficit moralis conjunctio. Ibidem.
- 16. Presentans puerum baptizandum, censetur in ipso actu tetigisse.
- 17. Tenens quorum ad effusum Unctionis & Catechismi non autem Baptismi, cognationem non contrahit.
- 18. Patrinus etsi non excedat plenam pubertatem baptizatum, tamen contrahit cognationem Spiritualem.
- 19. Catechismus parit impedimentum impediens contrahendum, sed non dirimens contractum.
- 20. Consuetudine induci non potest impedimentum cognationis Spirituales dirimens contractum, sed tantum impediens contrahendum; & cur.
- 21. Consuetudo facilis admittitur ad interpretandum quum ad inducendum.

Veniens. Hoc dicit breviter secundum Abbatem antiquum & Hostiensem. Separatur Matrimonium cum commatere contractum, vel secundum Joannem Andream, Burt. Card. Anchar. & Praepos. si pater baptizati postea contrahit Matrimonium cum levante, separari debent, vel plenius secundum Abbatem Siculum & Alexandrum de Navo, inter patrem baptizati & levantem seu tenentem baptizatum contrahitur cognatio Spirituales valida ad impediendum & dirimendum Matrimonium postea contractum. Non dividitur.

Nota inter levantem de Sacro Fonte & patrem levati Matrimonium non posse consistere, concordat Decretum Concilii Tridentini in capite secundo, sess. 24. de reform. Matrim.

Quaero an compatere designatus qui in Baptismo infantis aeternum praestitit, id est vel illum Sacerdoti porrexit, ut in Sacrum Fontem immergeret, vel eductum & baptizatum protinus de manu Sacerdotis suscepit, tamen in actu Baptismi illum non tetigerit, cognationem Spirituales contrahat quae Matrimonium contrahendum impedit & dirimat contractum, praesertim si ita se habent Regionis vetustissima consuetudo.

Pro solutione non est confugiendum ad illam opinionem quae inter quosdam receptiores emersit, videlicet tactum morale sufficere ad contrahendam cognationem Spirituales. Quid si verum esset, frustra laboraremus in inquirendo, an actus intercesserit ante vel post Baptismum, cum nullo tempore esset necessarium. Sane haec opinio ab initio hujus Sacrae caeremoniae potuit habere aliquam rationem. Primum ex natura rei quae est, ut patrinus sit fidejussor baptizati apud Deum eumque in fide erudit & catechizet, c. Vos ante, de consecr. dist. 4. Abbas hic n. 4. vers. Nam jura. Ad quod tactus non est necessarius, & ita illius natura rei non postulat.

Secundo, quia verba illa suscipere filium in Baptismo vel de Baptismo quae habentur in c. Non plures in c. In Baptismo; & innumeri sunt alii in d. iii. de consecr. dist. 4. & 30. q. 1. & hoc tit. de cognat. Spir., id significat ut patrinus in Baptismo vel de Fonte Baptismi natus sit filius per hanc regenerationem secundum Deum, sicut pater naturalis dicitur suscipere filium qui sibi nascitur per generationem secundum naturam. Et propterea haec verba non habent significationem phisici tactus. Alia autem verba, videlicet levare filium a Fonte qui habentur in c. Nolle 10. q. 1. & aliis quibusdam in locis sunt finissima verbi suscipere & idemque significant. Verbum autem tenere vel tangere saepius inculcatum videmus cum agitur de cognatione Spirituales quae provenit ex confirmatione, ut in c. Si quis fistulam, & De his 2. q. 1. cum aliis similibus, nunquam tamen his verbis usus legitimus Sacros Canones quoad cognationem Spirituales quae oritur ex Baptismo. Tertio, quia Canones facientes mentionem de tactu corporis non videntur talem tactum requirere, sed potius ita narrare, quia ita casualiter & de facto contigerat, ut perpendit hic Catd., qui propterea sentit ex eis elici non posse ut actus requiratur.

Verum, tamen res ab initio potest esse disparabilis, hodie de ea non est ulla pacto dubitandum, cum usque adeo invaluerit opinio contraria, ut tactus corporeus & phisicus sit substitutus ad cognationem hujusmodi inducendam, ut & Theologi & Canonice & Summiste eam passim & admittunt & sequuntur Theologi in 4. sent. ubi Sot. dist. 4. q. unic. art. 5. Suarez in 5. par. D. Thom. q. 67. art. 7. pag. 243. in fin. post Petr. de Palud. ad Summiste citatum, Canonice hic & in c. Quamvis, ubi Archid. Gemin. & Franc. hoc tit. lib. 6. Joan. Andr. in reg. Potest qui per aliam de reg. Jur. in 6. Joan. Raimond. Allen. quos relatos sequitur Henr. Boich.

in hoc c. prope fin. Covarr. in 4. lib. Decret. in 2. par. c. 6. n. 5. Navar. hoc tit. de cognat. Spir. conf. 6. n. 4. & 5. Host. Summa tit. de cogn. Spir. verbi. Qualiter contrahatur in prin. S. Anton. tom. 3. lib. 1. c. 15. verbi. Sed diligenter. Angel. post Rodenensem in verbo Matrimonium, verbi. Impedimentum per se. n. 11. 12. & 13. Silveit. Matrimonium 2. in 7. q. 7. verbi. Qui levando, quibus adungi possunt omnes Doctores qui putant secundum communem non posse hanc cognationem contrahi per procuratorem, nam hi omnes ea ratione utuntur, quod cum tactus corporeus requiratur, per alium explicari non potest, ut per Doctores in l. Gallus, §. Fasces, ubi Jofon n. 13. de lib. & post. §. hoc tit. lib. 6. fundamentum movetur Joannes Andreas in c. Potes quis per alium de reg. Jur. in 6. post Archid. in c. 1. hoc tit. lib. 6. ut per Abb. hic n. 4. & Covarr. qui alior adducit & esse magis communem opinionem testatur in d. c. 6. n. 7. ejusdem sententia sunt omnes etiam Doctores definitives cognationem Spiritualem qui in locis citatis definiunt eam esse personarum proximitatem provenientem ex Sacramenti datione vel ad id detentione.

7 Quod si tactus corporeus non requireretur, frustra à Doctores excitarentur quaestiones, an sufficiat tangere lineam quae puer fuerit involutus, & an cognatio contrahatur, si quis simul et tangere & non tangat, de quibus per Doctores in d. c. 1. hoc tit. lib. 6. & per Summas in locis supra citatis.

8 Ceterum si hanc necessitas tactus ad cognationem Spiritualem inducendam non probaretur ex Doctoribus & Canonibus antiquis, factis probatur ex jure novissimo Tridentini Concilii, dum in c. 2. sess. 24. de reform. Matrim. disponit ut si alii ultra designatos baptizatum tetigerit non contrahat cognationem, & sic requirit aperte tactum & designationem, ut sola assiduitas non sufficiat. Hanc Sacra Congregatio ab Episcopo Cremonensi olim consultata rectè respondit ex duabus patris designatis quorum alter tetigerat infantem, alter verbò alterat, sed non tetigerat, solum eum qui tetigerat & non alterum contraxisse cognationem Spiritualem.

Atque ita cessant omnia supra adducta pro alia opinione, cum ea non procedant post Concilium Tridentinum quo sublata est omnis difficultas.

Præterea potest etiam responderi, quamvis rei natura tacitum non possit, neque Canones aperte requirant, factis tamen esse ut ita senserit se ferre omnes Interpretes. Nam cum hanc cognatio sit iudicata de jure positivo ob congruentiam,

9 capite De eo 30. quaestio. 1. ubi Turresem. numer. 10. Covarr. in 4. decret. capite sexto §. quarto in principio est intelligenda quoad sui substantiam eo modo quo jura positiva Interpretes inter se conveniunt, c. 1. hic T. aditionem accipiunt Hebraeorum non lege præceptam, sed arbitrio Magistrorum inlicitam, ubi id notat Bart. & Abb. supra de Decret. c. Sicut nonnulli in verbo Tantorum Vatrum 16. q. 1. cum concord. de quibus per Felinum in c. 1. n. 54. in 3. solentia, dista Constitutione, præsertim cum non desint textus quonon narrat casualiter susceptionem, sed in ea vim facione & in specie cap. Omnes 30. quaestio. 1. & cap. fin. hoc tit. lib. 6.

10 Cum ergò dubium propositum non possit dissolvi ex eo capite quod tactus phisicus non sit de substantia hujus cognationis, in presenti dispiciendum est, an tactus designati comparis ex eo quod immediatè præcessit, aut est subiectus Baptismum, eo modo quo explicatur in dubio, sufficiat ad dictam cognationem inducendam.

11 Ex quidem non sufficere, infra scripta videntur suadere.

Primo, quia hanc cognatio imitatur naturam, Abb. in c. Debitum nam. 3. de Baptismo, nam ut inquit Divus Thomas in 4. dist. 42. q. 1. art. 3. sicut per carnalem generationem homo accipit esse naturale, ita per Sacramenta Baptismi & Confirmationis recipit esse Spirituale per modum ejusdem Spirituales regenerationis ac naturam. Sicut enim in puero est duplex nativitas naturalis, prior in utero quando in illo adhuc debilis firmatur, posterior quando iam roboratus ad sustinenda aliqua vita adversa ex utero in lucem editur, sic est in homine duplex nativitas Spirituales, altera in Baptismo per quam regeneratur tener & quasi intra Ecclesie uterum fovendus; altera verbò in Confirmatione per quam fortis efficitur in lucem prodit ut periculis exponatur. Et in his Sacramentis Ministrans est quasi pater generans; & susceptor sive patris est quasi mater qua nomine Ecclesia in suo gremio baptizatum & confirmatum suscipit. Hec Sanctus Thomas. At secundum naturam non potest quis effici pater, nisi adhibeatur tempore generationis. Ergò nec poterit effici pater Spirituales, nisi interveniat in actu Baptismi.

Secundo textus loquentes de hac cognatione qui habentur de consecr. dist. 4. & 30. quaestio. 1. cum alii supra citatis utuntur verbis suscipere aut levare de Sacro Fonte. At qui tradit puerum Sacerdoti baptizandum, vel postea illum suscipit de manu Sacerdotis neutrum facit, quia de Fonte non

suscipit nec levat, sed tradit Sacerdoti vel ab eo accipit. Ergò cum non fatiatur verbis Sacrosancti Canonum, hujusmodi cognatio non inducitur.

Tertio Doctores loquentes de hac cognatione requirentesque tactum, requirunt illum in actu Baptismi, dum alior oportere ut tangatur puer dum baptizatur vel suscipitur de Fonte, Angelus, Silveiter, Covarruvias & alii supra citati.

Quarto hoc impedimentum surgens ex Constitutione Ecclesie est restringendum, non autem dilatandum, Host. in Summa loc. cit. de cognat. Spir. §. Quibus mod. contra, verbi. Sententia.

Hic tamen non obstantibus verior & tutior videtur esse opinio, ut sufficiat presentare baptizandum Sacerdoti, eo sine ut puerum immergat vel postea de ejus manu statim suscipere.

Hanc secundam partem, videlicet sufficere statim post, tenet expresse Hugo in c. fin. 3. q. 1. ubi ait sufficere ut patrinus tangat, dum est in Fonte vel statim post suscipiendo à Presbitero, Hugonem sequuntur Archid. ibid. Turresem. & Bellam. nam. 4. Sanctus Anton. in Summa tom. 3. tit. 1. cap. 15. verbi. Sed diligenter. Covarr. cap. 6. num. 5. in 2. par. 4. lib. Decretal. Tot. in 4. sent. dist. 42. quaestio prima, articulo primo, verbi. Ex his prudensissimis. Ratio est quam reddit Hugo à ceteris approbatus, quia que inconcinnitate sunt videtur inesse, l. Lecta, ff. si cert. petat, cum concordant. de quibus hic per glossam in verbo stipulatione in fin.

Accedit quòd actus recipiens continuationem & certo tempore perdurans unicus actus censetur à principio usque ad finem, glossa in l. Eum qui, §. In popularibus, ff. de furt. Quapropter patrinus sive asochus puerum de lavacro & ductione confestim de manu Sacerdotis suscipiens perinde habetur ac si in ipso Baptismatis actu teneret. Atque hic ut patrinus puerum dum immergitur non tangat, optima ratio inolevit, quia cum quis baptizatur per asperionem, patrinus in actu Baptismi tenet infantem, cum tunc Sacerdos asperionem incumbens non tenet, at quando quis baptizatur per immersionem, Sacerdos ipse qui hujus Sacramenti est Minister viceque Dei in illo aliu gerit. Divus Thomas in 4. sent. dist. 42. par. 1. art. 3. tenet infantem immergendo, adeoque introductum est ut patrinus tunc non tangat nec tenet, sed post suscipiat de manu Sacerdotis, ut declarat Sanctus Anton. dicto timo tertio, titulo primo, cap. primo, verbi. Sed diligenter.

Ex his constat, tum autoritatibus, tum rationibus probari patrinum designatum statim suscipientem puerum de manu Sacerdotis qui illum baptizaverat, contrahere cognationem.

Sed an eadem cognatio contrahatur ab eo qui puerum ante Baptismum immediatè presentat Sacerdoti baptizandum, magis dubitari potest cum unicus autor fuerit qui id expresse tradit, nempe Mart. Ledesma in 2. 4. quaestio 13. articulo octavo cujus verba sunt hæc. (Illud autem quod diximus, quòd tangentes puerum in Baptismo, ea intentione ut sint comparati, contrahunt cognationem Spiritualem, intelligitur si tangant presentantes ad Baptismum aut levantes à Baptismo.)

Huc opponitur Sorus in 4. sent. dist. 4. q. unica, art. 5. ubi ait. (Eum qui catechumenum super Fontem ad Baptismum teneret, nisi postea baptizatum susciperet aut eum dum aspergeretur teneret, non contrahere aliamtatem, quia non esset susceptor.)

Et quòd presentans hoc pacto ad Baptismum cognationem non contrahat præter rationes superius adductas, asserit etiam hæc ratio, quòd inter fidelem & paganus qui non est incorporatus Ecclesie nec filius illius ante Baptismum, non potest contrahi cognatio Spirituales, ut per Archidiaconum, Joannem Andream & alios in capite primo, hoc titulo, libro sexto.

Verum probabilis videtur cognationem Spiritualem contrahi etiam per hanc presentationem, juxta opinionem Mart. Ledesma.

Nam ratio adducta per Hugonem quem alii sequuntur in illa opinione, quòd sufficiat tangere immediatè post, quia qui in continenti sunt, videntur inesse & alie supra perpenze, militat etiam in eo qui immediatè presentat ante. Ac proinde etiam autoritates supra citatae cum Hugone sentientes etiam ad hunc articulum delinendum multum ponderis habere debent ob rationis identitatem. Nam in his que in continenti sunt & in actu unico & continuo, non datur neque prius neque posterius. Sic videmus in juramento quòd est pro forma requirit tactum adeò ut emitti non possit per relationem ad scripturam juratam, ut est textus in c. pen. de jurjur. tamen valet, si hæc relatio fiat in continenti, quia tactus immediatè præcedens censetur inesse actui in continenti subsecuto, notat Petrus de Anchar. in d. c. pen. per regulam, l. Lecta, §. distabat, ff. si cert. pet. & propterea ad rem nostram etiam in materia

teria & forma Sacramenti sufficere conjunctionem moralem, docent Ricardus de Mediavilla in 4. dist. 3. art. 4. quaestio. 2. Ledesma in 4. parte, q. 7. art. 8. d. 5. Sotus in 4. dist. 3. quaestio. an. art. 8. §. Quando autem forma & plurimi recentiores.

13 Quòd si dicatur susceptioni que fit post Baptismum magis congruere verba Sacrosancti Canonum qui utuntur verbis levare & suscipere de Sacro Fonte, quam presentationi que fit ante, cum presentans ad Baptismum nullo modo possit dici de Fonte levare aut suscipere, que videtur fuisse ratio Soti. Respondetur hanc difficultatem, re bene intellecta cessare. Nam et si Sacri Canones utantur verbis suscipere & levare, tamen sufficit etiam tactus absque susceptione, ut communiter Doctores tenent. Et sic sufficit vel tangere vel suscipere. Utrumque autem præstare debet, dum puer est in Fonte, si rigorem verborum attendamus. Nam qui puerum suscipit de manu Sacerdotis, non satisfaciunt verbis Canonum requirentibus, ut de Fonte & non de manu Sacerdotis suscipiat. Et idèò Hugo benigniori interpretatione censuit per eum qui post suscipit de manu Sacerdotis fatiis non secundum rigorem, sed quia que in continenti sunt videntur inesse. Atque hæc interpretatio optime congruit etiam presentanti puerum Sacerdoti immediatè baptizandum, in ipso actu non tangat in Baptismo, tamen quia tangit paulò ante & immediatè videtur per eandem regulam in ipso actu verigisse. Et sanè cum in Baptismo per immersionem patrinus in actu non tangat, duobus modis asperissimè tangere debet vel ante presentando vel post suscipiendo, & inter utrumque actum solida ratio diversitatis asseri non potest.

14 Soti autoritas obesse non debet, quominus hanc opinionem verba ratione & Ledesmi qui ejus præceptor fuit autoritate muniam sequatur; præsertim cum nec satis constet Sotum ita sensisse, siquidem ubi loquitur de tenente catechumenum super fonte ante baptismum, videtur posse intelligi de tenente ad unctioes & catechismas, quemadmodum alio in loco ipse loquitur, videlicet in 4. sent. dist. 24. q. 1. art. 1. verbi. Ex his. Qui casus nihil habet commune cum nostro, in quo non agimus de tenente ante baptismum ad unctioes, vel alia que procedunt, sed de eo qui accipit puerum & presentat immediatè ad effectum baptismi tantum.

15 Ad rationes supra in oppositum adductas breviter responderetur.

Ad primam que dictum est hanc cognationem debere imitari naturam, responderetur hoc argumentum non habere locum, nisi in casibus à jure expressis, cum in multis sit illi dissimilis, & satis instatur si paulò ante vel post interveniat. Cum non sit necessaria omnimoda similitudo, ut alia Sacra Congregatio consideravit, dum respondit eum, qui plena puberitate baptizatum non præcedit, si ut patrinus eum tetigerit, contrahere cognationem, quamvis secundum naturam illum generare non possit.

16 Sic etiam videmus quamvis paternitas naturalis per alium induci nequeat, tamen hæc spirituales posse contrahi etiam per procuratorem, jam enim Sacra Congregatio Concilii probavit opinionem affirmativam tanquam verorem censuit que juxta Feder. de Sen. conf. 15. & Cardin. hic n. 3. & 4. Eum qui nomine alterius levat infantem de sacro fonte non contrahere sibi cognationem spirituales, sed mandanti.

17 Ad secundum & tertium, quibus dictum est verbi textus requirere susceptionem in actu & ita expresse loqui DD. Respondetur in actu ipso juris interpretatione factam censeri, quod in continenti potest vel ante gestum fuit ex Hugone supra citat.

Ad quartum ubi dicitur hoc impedimentum non esse amplandum, responderetur non ampliari, sed declarari in casu in quo de jure subest secundum ream interpretationem.

Ad cam rationem specialem, quòd inter paganus & fidelem spirituales cognatio non possit contrahi responderetur non procedere hoc casu in quo puer nondum baptizatus accipitur ad baptismum, cum quo non aliter contracta erit cognatio, quam si baptismum sequatur atque ita hæc ra-

tione non obstante in Catechismo qui baptismum præcedit, cognatio contrahitur quamvis impediens non dirimens, cap. 2. de cognat. spirituali. in 6. Host. in Summ. hoc tit. verbi. Qualiter contrahatur; itaque non contrahitur cognatio cum pagano sed cum Christiano. mox futuro.

Quòd si hæc opinio aliquam haberet difficultatem omnino tollitur per consuetudinem regionis. Qua in re illud est animadvertendum; nam si constaret in dictis duobus casibus non contrahi cognationem spirituales nec etiam per consuetudinem induci posset ut contraheretur talis cognatio impediens & dirimens sed impediens tantum. Cum enim solus summi Pontificis & universalis Ecclesie sit inducere impedimentum dirimens atque inhabitare ad Matrimonium contrahendum, D. Thom. in 4. dist. 42. qu. 2. artic. 2. Palud. in 4. dist. 34. qu. 1. Sotus in 4. dist. 40. art. 5. col. 4. verbi. Interrogationis, Host. Abbas & Præpos. qui de communi testatur in c. Ad dissolvendum, de despons. impub. & alibi sæpè DD. sequitur ut sicut una Provincia non potest legem ferre qua impedimentum dirimens inducatur, ita nec consuetudinem introducere, que id roboris habeat propter potestatis defectum. Et ratio rationis est, quia cum Matrimonium sit de Jure Divino, cum sit irritum autoritate Pontificis Constitutionibus, censetur irritum fieri à Deo cujus vices Papa gerit in terris si divini potest virtute consuetudinis, hoc tamen non proveniret à Deo sed ab humana potestate; quam rationem reddunt DD. in c. Super eo, supra eodem. Idèò non mirum si DD. communiter non tribuant consuetudini talem potestatem, nisi habeat consuetudinem juris veteris vel sit approbata per Papam gloss. Bern. in c. 1. supra eodem, Hostiens. in Summ. hoc tit. §. Quis sit effectus verbi. Idèò dic. Hugo & Goffred. relati ab Henric. Boich. in c. Super eod. circa med. ubi etiam Innoc. Joan. And. & Ant. de Bur. eandem opinionem sequuntur, Felin. in c. 1. num. 21. de sponsal. Angel. in ver. Matrimonium in 17. imp. d. n. 1. Tabien. in ver. Impedimentum 1. in communi n. 4. Silveit. in ver. Matrimonium 2. n. 3. ubi ait Altensem testari Hostiensis opinionem frequentius esse receptam, subditque eam esse clavam ad hujusmodi quaestiones decidendas. Et quamvis Henric. Boich. & Abb. in d. c. Super eo, n. 6. videntur contrarium sensisse, non est à prædicta opinione discidendum que communis est, & ratione validissima nititur, præsertim cum nullo textum habeamus qui opinioni Abbatis & Henrici adhaerentur; nam text. c. 1. & c. Super eo, aperte agunt de consuetudine juris veteris concursum habente, & de ea loquuntur gloss. Bern. in d. c. Super eo, dum ei tribuit utrumque effectum impediendi & dirimendi, licet Henric. Boich. inconfutè recenseat ejus auctoritatem in consuetudine non habente talem concursum.

Itaque dum dicitur ex consuetudine tolli difficultatem, non hoc agitur ut consuetudini adferatur hæc potestas impediendi & dirimendi in casu in quo liquidò constaret cognationem non esse contractam, sed tantum si casus sint de jure dubitabiles, eos recipere interpretationem à consuetudine, nec enim est novum ut facilis admittatur consuetudo ad interpretandum, quam ad inducendum, Bellon. conf. 1. l. ijs scripturis num. 3. verbi. Et habet, Decian. conf. 156. prope fin. lib. 3. & post alios Cravett. conf. 101. n. 11. & 12. lib. 1. Pur. des. 183. lib. 1. & præterea Host. qui sentit, ut supra dictum est, consuetudinem non posse inducere impedimentum impediens & dirimens; tamen in illa quaestione an ex Catechismo oriatur impedimentum impediens tantum, an etiam dirimens que tunc non erat definita, ut fuit postea ex cap. 1. hoc tit. in 6. Sentit esse attendendam consuetudinem diversorum locorum & secundum eam judicandum, ut expresse tradit in sum. hoc tit. §. Qualiter contrahatur in fin. Et ita consuetudini interpretative tribuit vim impediendi & dirimendi, quam non consuetudini inducivæ. Articulum an consuetudo vim habeat inducendi impedimentum dirimens, plenius examinavi in a. 1. supra eodem.



DE COGNATIONE SPIRITUALI

Gregorius IX.

CAPUT VIII.

EX litteris vestris accepimus, quod cum M. mulier coram Officiali Cantuarienn. Alanum peteret in virum & se affidatam ab eo, ac carnaliter cognitam, per testes idoneos probavisset dictorum tandem tertium depositionibus publicatis, idem A. excipiendo proposuit, quod eam habere non poterat in uxorem, pro eo quod ipsum pater mulieris ejusdem, qui Sacerdos extitit, baptizavit. Sed cum Officialis exceptione hujusmodi non admittit definitivam tulerit sententiam contra ipsum, & idem ad Sedem Apostolicam appellaverit: Mandamus, quatenus, si est ita eundem A. super hoc ab imperitione ipsius mulieris absolvatis, eidem mulieri perpetuum silentium imponentes.

SUMMARIUM.

- Cognatio spiritualis de jure communi oritur inter baptizatum & filium baptizantis impediens & dirimens Matrimonium inter eos contrahendum. Cognatio spiritualis olim triplex, paternitas, compaternitas & fraternitas, sed haec ultima sublata est a Concilio Tridentino. Baptizatus & de sacro fonte susceptus efficitur filius spiritualis baptizantis & suscipiens & n. 13. Baptizatum de jure communi prohibentur plures de sacro fonte suscipere, sed ex Concilio Tridentino unus tantum, & una ad summum suscipere debent. Si tamen plures designati susceperint & tetigerint, nec appareat quis prior sit designatus, contrahat omnes cognationem spirituales. Dispensatio an sit concedenda contrahendi Matrimonium cum ea, quam quis in Sacramento Confirmationis tenuit ab dotis accessionem & ad tollendas lites & n. seqq. in fin.

- Cognationis spiritualis impedimentum est juris merè Ecclesiastici. Et an dotis accessio sit causa sufficiens dispensandi & n. 17. Lites vitanda causa an sit dispensandum & n. 18. Dispensatio in secundo gradu non concedenda, nisi inter magnos Principes & ob publicam causam. Et an hoc procedat in cognatione spirituali. Magis vitanda eorum conjugia, qui nobis per spirituales quam per carnalem cognationem attingunt. Cognatio spiritualis major est & diffusius soluitur, quam carnalis. Dispensare an soleat Ecclesia in primo gradu cognationis spiritualis & n. seqq. Cognationem spirituales contrahit puella novem annorum quae infantem levavit de sacro fonte, & cum ea Gregorius XIII. voluit dispensare. Dotis accessio, an & quando ex sola Curia sit iusta causa dispensandi in gradibus prohibitis.

EX litteris. Inter baptizatum & filium baptizantis oritur cognatio spiritualis impediens & dirimens Matrimonium inter eos contrahendum. Hoc dicit secundum omnes. Sed ista fraternitas spiritualis hodie sublata est ex Concilio Tridentino, c. 2. sess. 24. de reform. Matrim. quo cognatio spiritualis restricta est ad levantes de sacro fonte & baptizatum ipsum & illius patrem & matrem, necnon ad baptizantem & baptizatum, baptizantemque patrem ac matrem. Et idem in Confirmatione. Unde cum olim triplex esset cognatio spiritualis, videlicet paternitas, compaternitas & fraternitas, ut per D. Thom. in 4. sent. dist. 42. q. 1. art. 3. & per Abbatem supra in rubrica ad finem; Sublata hodie fraternitate per Concilium Tridentinum non remanet nisi paternitas & compaternitas; quod & Navarr. advertit in Manuali c. 52. n. 36. vers. Quartum impedimentum & n. 37. In glossa unica nota baptizatum vel de sacro fonte susceptum effici filium spirituales baptizantis vel suscipientis. Jura sunt in glossa. In eadem glossa, hic, Quod plures simul, nota prohibitum esse ut plures simul infantem de sacro fonte suscipiant ut c. Non plures, 4. dist. sed ex Concilio Tridentino in d. 2. statutum est, ut unus tantum, sive vir, sive mulier juxta sacrorum Canonum instituta vel ad summum unus & una baptizatum de bapsum suscipiant. Verum cum negligentia Parochi factum esset ut tres designarentur & in libro scriberentur, de sacro baptismi fonte foeminam susceperit, nempe Titius, Titia, & Sempronius qui omnes levavit baptizatum & tetigerint, fuit dubitatum an omnes cognationem spirituales contraxissent cum baptizato; an verò si tantum duo, qui priores sunt designati, sacra Congregatio censuit omnes contrahere si non appareat

qui primi sint designati per cap. final. de cognat. spirit. & licet unus tantum & una suscipere debeant; tamen si omnes susceperint omnes contrahere, ita glossa hic quae dicit quod non peccant, & ita hic Philippus post alios & licet Concilium prohibeat plures quam duos, &c. tamen non annullat actum. Ex facto. Quaesitum est, an sit concedenda dispensatio contrahendi Matrimonium cum ea quam quis in Sacramento Confirmationis tenuit ob dotis accessionem quam mulier à tertio consecratura est & ad tollendas lites, qua occasione majoritatis inter virum & mulierem possent inextricabiles exoriri. Pro dispensatione adducitur hujusmodi impedimentum esse juris merè Ecclesiastici, Sanct. Thom. in 4. sentent. dist. 42. q. 1. art. in corpore. Sot. ibidem, Covarr. in 4. Decretal. par. 2. c. 6. §. 4. in princ. Navarr. in Manuali c. 22. n. 36. vers. Quartum, licet in oppositum videatur text. in c. Pitacium, 30. qu. 3. In his autem quae sunt juris Ecclesiastici aperit contrahendi Matrimonium posse dispensare c. Cuncta per mundum 1. q. 3. & in specie habetur ex Rebuff. de dispens. in grad. gloss. §. n. 52. & Navarr. d. cop. 22. n. 84. juncto n. 39. & clarè deducitur ex Concilio Tridentino sess. 24. de reform. Matrim. c. 2. quo haec impedimenta ex prohibitione canonica provenientia restringuntur ad paternitatem & compaternitatem, ut dictum est supra, num. 2. Causa autem quae dispensationi hoc casu suffragantur, & sufficientes videntur. Primò scilicet utilitas puellae, cui si id Matrimonium sequeretur, dos in mille aureis augetur, quae causa videtur sufficiens ex solo Curiae, secundum quem dispensationes in 3. & 4. ea causa narrata obtineri consue-

- venat; filius autem Curiae facit jus, Quam gravi de crim. sess. Abb. in c. Ex litteris n. 6. de consuet. Secundo, ut evitentur lites quae possent oriri ex majoritatu ad quem tam viro, quam mulier post mortem ejusdem nunc viventi jus habere pretendunt; causa autem vitanda lites inducere solet Pontificem ad concedendam dispensationem c. 2. ubi gloss. ult. & DD. de desponsat. impub. His tamen non obstantibus, iustus esse videtur dispensationem petitam denegare; illius enim concessio non parvo esset futura scandalo illis qui viderent à patre filiam spirituales in uxorem duci, indeque heretici occasionem arripere detrahendi Ecclesiae iustitiae, c. Magna de voto, gloss. in c. Requisitis, §. Nisi rigor, in verb. Ut plerique 1. q. 7. c. Et si illa ead. q. 7. Accedit ad hoc prohibitum Tridentini Concilii, sess. 24. de reform. Matrim. c. 5. in fin. ubi postquam Sancta Synodus universaliter statuit in contrahendis Matrimoniis vel nullam vel raro dandam dispensationem agendo de secundo gradu statuit, ut in eo dispensatio non concedatur, nisi inter magnos Principes & ob publicam causam; & ita satis manifestè insinuat in primo gradu, ut est noster casus, nunquam concedendam esse dispensationem. Nec obstat si dicatur illud decretum intelligendum esse de gradibus affinitatis & consanguinitatis, non autem de cognatione spirituali. Imò enim cum Superioribus capitibus egerit de impedimentis cognationis spiritualis & prohibito d. cap. 5. ad pu. vers. In contrahendis, sit generalibus verbis abique distinctione concepta debet utique generaliter ad omnia superiora referri c. Solita & hic gloss. in ver. Non distinguimus de majori. Et obediens. Praeterea quatenus loqueretur de gradibus affinitatis & consanguinitatis tantum; & quae tamen observanda essent in gradibus cognationis spiritualis, cum Canonice & Sancti Patres c. 1. 2. & 3. 30. qu. 1. debuerint magis abstinendum esse à conjugio illorum, qui nobis per spirituales, quam eorum qui per carnalem cognationem attingunt; taleque, quos de sacro fonte levamus, aut in Sacramento Confirmationis tenemus per Contributiones Ecclesiasticas vero nostros filios effici, d. c. 2. & 3. cap. Omnes quos 30. qu. 1. Quod eo magis dicendum est, cum tractemus de retinenda dispositione juris communis contra dispensationem quae illud vulnere, odioso reputatur, cap. 1. de sit. Prej. b. lib. 6. Imò cogitatio spiritualis major est gloss. 1. in fin. in cap. Qui dormierit 27. qu. 2. & diffusius dissolvitur, quam carnalis, c. Inter corporalia, ubi Butt. num. 22. de translat. Episc. Si igitur rigor non dispensandi observatur in carnali cognatione, quis negabit eundem multò magis observandum esse in spirituali, c. Ex parte ii. terço de decimis. Et propterea Mandò, de signat. tit. de dispens. Matrim. vers. Cog. spiritualis cum seqq. sit Ecclesiam non solum in primo cognationis spiritualis gradu dispensare. Imò Summi Pontifices denegant dispensationem etiam in his qui ignovantes impedimentum, bona fide Matrimonium contraxerunt. Et in specie Sacra Congregatio Concilii olim consultata, An puella novem annorum levans de sacro fonte infantem, con-

trahat cum eo cognationem spirituales, & si immemor hujus cognationis spiritualis secum contrahat Matrimonium, an sit concedenda dispensatio; Respondit contrariam quidem esse cognationem spirituales non obstante aetate; tum quia nullus Canon, nullum Concilium, nullus Doctor in terminis decidit contrarium, tum quia sicut aetas levati non impedit, quin levans major 14. annis contrahat hanc cognationem cum levato, quamvis amiculo, vel paucorum mensium, aut dierum, ita nec impedit quando levans esset minor quatuordecim, tum quia licet minor quatuordecim, potius tamen instruere minorem, tum quia reperiuntur Canones tantum, qui repellunt non baptizatum, Abbatem & Monachos, nec aut repelluntur. Ergo etiam infantes, & imponentes admitti censentur. Ceterum, quod pertinet ad dispensationem, eum S. Congregatio exilimaverit eam esse concedendam, tamen relata ad Gregorium XIII. sententia, Sancti S. Sua approbavit quidem contractam esse cognationem spirituales, sed tamen nullo dispensare. Et quamvis nonnunquam post tempora Gregorii dispensatum fuerit ob dotis incompetentiam cum illius sufficienti augmento non tamen est iudicandum exemplis, nec quod alquando factum est, sed quod fieri debet, est spectandum, 1. Sed licet, ff. de offic. Praesid. Dux causae, quae pro dispensatione allegantur, leviores sunt quidem, quam rei gravitas postulat. Prima enim de augmento dotis nullibi in jure legitur approbata & non deest forte, qui eam indignam putent, quae Pontificem movere possit ad concedendam dispensationem, videlicet ut puella nobis aureos mille lucreret, nec titulus Curiae huius calui accommodari potest; Is enim filius observatur cum eis tantum puellis, quae praenimia paupertate cum dote, quam habent, honestè nubere non possunt, tunc enim augmentum dotis redigitur ad opus pium; & propterea praebet legitimam causam dispensandi, Gratian. post c. Tanta nequicia, & hic gloss. communis, & cap. seqq. 1. qu. 7. quae pietatis causa cessat in casu nostro, in quo non proponitur puellam esse adeò pauperem ut sine augmento alteri nubere honestè non possit, praesertim cum jus ad majoritatem pretendit. Secunda etiam causa insufficientis videtur. Primò, quia cum fidei commissum maj. ricatis non sit aperitum, seu puritatum nimirum quia vivit persona, quae illum jure possidet, non conitit quomodo timor future lites, quae forte morte interveniente, vel aliorum pativitate, vel praeniorum dilectione nunquam deducitur ad actum, possit asserere dilectam causam, ut de praesenti tam graviter jus commune vulneretur. Secundo, quia ad quem ipsorum majoritatus spectare debeat, potest humana prudentia abique lite per compromissum, vel alio modo fieri exploratum, quòd si coram arbitris de eorum iuribus noluerint ex eriri, & elegerint potius indurato animo litigare, non debet haec ipsorum spontanea dicitur iusta videri causa, ut Pontifex legis vincula ad periculum lites summoventum relaxet, praesertim cum sint rari ponderis, & spiritualia concernant, ex Archidia. in n. Tolej. 1. quae 7. n. 1. & 2.



DE CONSANGUINITATE ET AFFINITATE

Celestinus III.

CAPUT III.

Quod dilectio, & infra. Quævisi, utrum is, qui à stipite per descendentem lineam, sexto vel septimo gradu distat, possit ei, quæ ex altera parte per lineam descendentem ab eodem stipite, secundo vel tertio gradu distat, Matrimonialiter copulari propter indulgentiam Apostolicæ Sedis legati, qua permissum est hominibus terræ illius, in sexto gradu conjungi? Quod videtur posse fieri, secundum regulam, qua dicitur, Quoto gradu quis distat à stipite & à quolibet per aliam lineam descendentem ab eodem, cum tamen de consuetudine terræ, si quando talis casus emerferit, incolæ propter proximiorum gradum conjunctos separent & impediant copulari volentes. Nos itaque respondemus, quod indulgentia illa sic est intelligenda, quod uterque conjungendorum distet à stipite sexto gradu. Si verò alter sexto vel septimo gradu distat à stipite, alter autem secundo vel tertio, conjungi non debent, undè in hac parte consultius duximus multitudinè & observatæ consuetudini deferendum, quam aliud in disensionem & scandalum populi statuendum, quadam adhibita novitate.

SUMMARIUM.

Dispenatio cum aliquibus ut possit contrahere quare gradu, intelligitur si uterque distat quarto, dummodo hoc approbet consuetudo.

Et an gradus remotior indistinctè attendatur tam in disensionibus, quam in impedimentis. Remissivè.

Quod dilectio. Si dispensatur cum aliquibus, ut possit contrahere in quarto gradu, requiritur ut uterque distet quarto, maxime ubi consuetudo hoc approbat. Hoc dicit, aliis summatur sine distinctione, maxime secundum Joan. Andr. & sequentes; & est communis intellectus, ut accellatur Prepos. in princip. qui etiam est de jure verior, quia pontifex fundat interpretationem suam super consuetudine, quæ vigeat in loco, ex cujus violatione scandalum oriebat, ut patet ex illis verbis; Consultus duximus multitudinè, & observatæ consuetudini deferendum, quam aliud in disensionem,

Ut scandalum populi statuendum. Undè circumscripta consuetudine, itandam est regulæ expressæ in littera, & in cap. fin. infra eod. videlicet; Quoto gradu remotior distat à stipite, &c. prout hic firmant gloss. in verb. Uterque, Innoc. in fin. Holl. n. 4. Joan. Andr. n. 8. in fin. dicens hoc tenendum, Abbas n. 7. & alii communitè, & susius dixi in dict. c. fin. & hic plenè videas, an hodè tam in dispensationibus obtinendis, quam in inducendis impedimentis indistinctè gradus remotior attendatur, n. 4. 5. & in 1. & 2. qu.



DE

DE CONSANGUINITATE ET AFFINITATE

Innocentius III. Rosan. Archiepiscopo.

CAPUT V.

Quod super his, & infra. Super eo igitur, quod pater & filius, cum matre & filia & duo cognati cum duabus cognatis, avunculus & nepos cum duabus foribus contrahunt Matrimonia, Taliter tibi duximus respondendum, quod licet omnes consanguinei viri sint affines, inter consanguineos tamen uxoris & viri, ex eorundem scilicet viri & uxoris conjugio, nulla prorsus affinitas est contracta, propter quam inter eos Matrimonium debeat impediri. Ne autem infra gradus prohibitos Matrimonium contrahatur, debes publicè inhibere & præsumptores Ecclesiastica discriptione punire, non obstante consuetudine, quæ dicenda est potius corruptela.

SUMMARIUM.

Consanguinei mariti cum consanguineis uxoris licitè contrahunt.

Matrimonia contrahi non possunt in gradibus prohibitis etiam si hoc habeat consuetudo, & n. 7.

Affinitas contracta inter consanguineos viri, & uxorem ipsius, non transit ad consanguineos uxoris, nec è converso.

Affinitas non causat affinitatem.

Affinitas quid.

Affines non sunt vir & uxor, sed causa affinitatis.

Consuetudo etiam immemorabilis non potest tollere, nec inducere impedimenta Matrimonium dirimentia, & n. 10.

Consuetudo immemorabilis intelligitur sublata, quando lex consuetudinem damnat uti corruptelam.

Quod super. Consanguinei mariti cum consanguineis uxoris licitè contrahunt. Hec primò. In gradibus prohibitis non possunt Matrimonia contrahi etiam si hoc habeat consuetudo. Hoc dicit secundò Joan. Andr. Burr. Card. Anchar. Abb. Alex. de Novo & Prepos. secundum dictum, hic, Ne autem.

Nova primò ex priori parte textus affinitatem contractam inter consanguineos viri & uxorem ipsius, non transit ad consanguineos uxoris, nec è converso; undè possunt legitime copulari, ut in textu, & notat gloss. 1. Abb. Antiq. Holl. Joan. Andr. Burr. & omnes in summario textus. Ratio est, quia affinitas non causat affinitatem, S. Thom. in 3. par. qu. 86. quæ est in additionibus, 55. art. 5. Affinitas enim dicitur illa proximitas, quæ est inter uxorem, & consanguineos viri & similiter inter virum, & consanguineas uxoris, eò quod duæ cognationes, quæ diversè inter se sunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit, dicit textus in 1. Non facile, §. Affines, ff. de grad. lib. & affinit. undè affines dicuntur quali juxta fines, ut inquit Abb. Antiq. in c. Non debet num. 2. infra eodem, sicut unus non est numerus, sed principium numeri, gloss. in §. Affinitatis, in addis, in verb. Affinitatis, hñst. de nupt. gloss. in l. Sed & ha persona, in verb. Et liberis, ff. de Procure. S. Thomas in præstat. quæst. 55. art. 1. ad 1. Unitas ergò, quæ per Matrimonium efficitur inter virum & uxorem, est causa, ut uxori communicentur omnes consanguinei mariti, & vice versa marito consanguinei uxoris, & conjunctio hujusmodi unitas ad tales cum non sit consanguinitas, reliquum est, ut sit affinitas, c. Parv. 35. q. 5.

Secundo nota hic, Non obstante consuetudine. Regionis consuetudinem tollere non posse impedimenta Matrimonium dirimentia & cum textus adiciat, quæ dicenda est potius corruptela, hinc liquet manifestè hujusmodi consuetudinem esse impræscriptibilem, etiam si sit supra hominum memoriam, quia in his diuturnitas temporis non minuit, sed aggravat peccatum, ut est textus clarus in c. Non debet in fin. & hic Burr. n. 11. infra eod. ad idem c. Cum haberet supra de eo, qui duxit in Matrim. & c. final. de consuetud. Ex quo intelligitur quæ lex damnat consuetudinem uti inquam & irrationabilem, tunc censetur damnata, & reprobatæ consuetudo etiam immemorabilis, ut post Felin. in cap. Cum ex officio n. 13. de præscript. Accin. in l. Cum stipulatus sim à Proculo, Fagnan. in IV. Lib. Decretal.

col. 3. ff. de verbor. obligat. & alios plures conciliando opinionones, concludit Covarr. varior. resolul. lib. 3. cap. 13. num. 5. verò. Adnotandum tamen erit.

Sed in oppositum videtur textus in c. Super eo, supra de cognat. jñst. ubi filii duorum compatrum, per quorum neutrum deventum est ad compatriam, licet contrahunt Matrimonium, & tamen si libellus contractus in pediens, & dirimentia talia Matrimonia, servanda est loci consuetudo; & ita hic est casus secundum intellectum, quem Abb. & dicit esse magis communem. Ergò si consuetudo v. m. h. bet inducendi in impedimentum dirimentis, ut hic patet, non videtur subesse ratio, cur etiam non possit talis impedimentum tollere, nam prout unumquodque producit, sic resolvitur, c. Omnis res, infra de regul. jur. cum concord. cujus tamen contrarium hic accidit.

Pro conciliatione e harum Decretalium valdè laborant, & inter se dissentent Scribentes hic & Moderni, qui de Matrimonio tractatus ediderunt, videlicet Thom. Sanch. lib. 7. disp. 4. & Basil. Pont. de impedim. Matrim. c. 1. §. 2. Quidam dixerunt Decretalem, Super eo, quæ est Alex. III. corrigi per hunc, & per c. Non debet, ad fin. infra eodem, quæ sunt Innocentius III. quod non placet arg. cap. Cum expedit, de elect. lib. 6. Alii tenuerunt hic reprobari consuetudinem contrahendi cum cognatis & affinis carnalibus & hic verò cum cognatis spiritualibus, quod similiter non placet, quia magis vitanda sunt connubia eorum, qui nobis per spirituales, quam per carnalem cognationem sunt conjuncti, cap. 1. 2. & 3. 30. qu. 3. & cognatio spiritualis major est, quam carnalis, gloss. 1. in fin. in c. Qui dormierit. 29. qu. 2. sed Abbas hic n. 4. putat in d. c. Super eo, agi de consuetudine inductiva charitatis, nempe ut potius illi contrahant cum extraneis, quam cum illis, qui aliquo modo videntur esse proximi, hic autem de consuetudine, quæ relaxat prohibitionem ad contrahendum inter consanguineos, quæ sic restringit conjunctionem, & accitiam ad suos, & minuit vicissitudinem charitatis ad alios.

Tu teneas consuetudinem non esse tante potentis, ut valeat inducere impedimenta Matrimonium dirimentia, ut fuit probavi in c. 1. d. n. 2. usque ad n. 26. supra de cognitione spirituali, nisi talis consuetudo fuerit specialiter per Summum Pontificem approbata, & in hoc casu loquitur Decretalis, Super eo, ut dixi in dicta c. 2. n. 8.

R



DE CONSANGUINITATE ET AFFINITATE.

Idem Innocentius III.

CAPUT VI.

Quia circa: & infra. Porro de nobili viro N. pro cujus dispensatione, indulgentia scilicet remanendi cum ea, quae ipsum quinto consanguinitatis gradu contingit, a Sede Apostolica obtinenda, falsa nobis causa fuerat allegata, proles videlicet. Cum tamen ante dispensationem obtentam, unica filia, quam habebat, viam fuerit universae carnis ingressa, prout tua consultatio continebat, dissimulare poteris, ut remaneat in copula sic contracta, cum ex separatione (sicut asseris) grave videas scandalum imminere.

SUMMARIUM.


- 1 Dispensatio obtenta a Papa non valet super Matrimonio inter consanguineos contracto, si hic falsa causa sit expressa, nisi eam postea Papa confirmet.
2 Veritas narratorum est consideranda secundum tempus data impetrationis.
3 Dissimulare poteris, haec verba habent vim dispensationis.
4 Subreptio in expressione falsa causa vitiat dispensationem ipso facto.
5 Falsum exprimere detestabilis est, quam vitium tacere.
6 Dispensandi causa legitima super Matrimonio contracto in gradu prohibito est soboles ex eo superstes.
7 Dispensatur super Matrimonio tam contracto, quam contrahendo, si timeantur scandala vel futura inimicitia & num. seqq.
8 Declaratur, n. 12. & 14.
9 Propter scandalum receditur a dispositione juris postivi.
10 Dispensatio an sit concedenda in secundo affinitatis gradu

- ad vitandas inimicitias & lites inter familias illustres & n. seqq. usque in fin.
10 Dispensatio in secundo gradu ex Concilio Tridentino non concedenda, nisi inter magnos Principes & ob publicam causam.
11 Quod locum habet tam in secundo affinitatis, quam consanguinitatis, ibid.
12 Et copula & resolvitur in disjunctivam.
13 Inimicitia privatorum non referuntur ad publicam causam.
14 Periculum ne civitas factionibus dividatur est iusta causa dispensandi in secundo gradu consanguinitatis.
15 Scandalum quod oriretur, si nuptia iam publicata non sequerentur, non est iusta causa dispensandi in secundo affinitatis.
16 Etiam si copula intercesserit & mulier alius diffamata remaneret.

Quia circa. Non valet dispensatio obtenta a Papa super Matrimonio inter consanguineos contracto, si hic falsa causa sit expressa, nisi eam postea Papa confirmet. Hoc intendit secundum intellectum, quem dicunt esse verum & communem Abb. Prapof. & Alex. de Nervo. Primo recitat & tacite damnat dispositionem. Secundo eam tolerat ex causa hic. Cum tamen. Nota primo hic, ante dispensationem viam fuerit universae carnis ingressa. Veritatem narratorum esse considerandam secum tenentur data impetrationis; non enim sufficit narrata prius fuisse vera vel post impetrationem verificari, ut notatur in c. Dilatus, in secundo de praeb. & hic per Hoff. post princ. In verb. Ingressa, Joan. Andr. n. 3. Abb. n. 4. & Alexan. de Nervo in ult. Notab. & clar. probatur hic. Nam iste impetrans habuerat filiam sed eam non habebat tempore impetrationis, quia prius ex hac vita migraverat; & ideo dispensatio fuit subreptitia ac nulla, ut in textu; Generaliter autem, an & quando in litteris gratiae vel iustitiae attendatur tempus datae vel receptionis, seu executionis litterarum, recurre ad notabilem theoriam Abbatis in d. c. Dilatus n. 7. & hic dixi d. n. 1. usque in fin. & quando spectetur initium, vel finis, vide plenam gloss. in c. Dudum in primis verb. Electionis tempore, supra de elect. Secundo nota illa verba, dissimulare poteris, quae habent vim dispensationis, etenim cum dispensatio ob expressionem falsae causae & Matrimonium exinde contractum non valeret sinitum esset dicere, ut manerent in adulterio; quae sunt verba Innoc. hic in fine, cum quo transeunt Hoff. post princ. in verb. Dissimulare, & Joan. Andr. num. 3. in cod. verb. Unde exponit verba, dissimulare poteris, id est, ex certa scientia & ex nostra licentia, quam dumus auctoritate praesentium, & sic quod nullum erat roboremus, c. penult. de supplen. neglig. Praet. cap. Super eo, de cognat. spirit. prout exponunt Goffred. Hoff. & Joan. Andr. locis proximis citatis. Et ex hoc intellectu collige subreptionem in expressione falsae causae vitare dispensationem ipso facto ad quod est text. expressus in cop. 2. in fin. de fil. Praebit. lib. 6. ubi aperte probatur dispensationem esse nullam ipso iure per subreptionem commissam in secundo verum, ergo fortius in exprimendo falsum, ut hic, quia detestabilis est falsum exprimere, quam verum tacere & ita illum textum ad hoc expendit Abb. hic n. 5. Ultimo nota ex textu duas causas dispensandi super Matrimonio contracto in gradu lege canonica prohibito. Prima est, quando ex Matrimonio sic contracto soboles est superstes; tam favore filiorum in tali Matrimonio dispensatur ut hic notat Bernard. post casum & reliqui post eum. Secunda causa est propter scandalum vitandum, ut in fin. text. & 7. notat Hoff. in fin. Joan. Andr. n. 4. Henric. Bouch. in fin. Abb. n. 2. Prapof. n. 1. & Alex. de Nervo n. 2. & haec est causa sufficiens, ne dum super Matrimonio iam contracto, sed etiam super contrahendo, ut dicunt Abb. Prapof. & Alexan. de Nervo locis citatis, quia propter scandalum receditur a dispositione juris postivi, c. Quod super his supra eodem c. 2. de tempore ordin. & c. Cum ex transito, de noui oper. nunciat. secundum Joan. Andr. hic n. 4. idem si timeantur futura inimicitia & iurgia, ut per Pelin. conf. 26. n. 15. vers. Unde considerandum est, & Menoch. conf. 385. n. 7. vol. 4. & ita quoties Papa dispelat inter consanguineos vel affines propter bonum pacis futurum vel scandalum vitandum prout etiam observat Sac. Penitentiarum in impedimentis occultis. Ex facto quaesitum est, num concedenda sit dispensatio in secundo affinitatis gradu ad vitandas inimicitias & lites inter familias illustres. Sanctissimus mandavit examinari in Sacra Congregatione Concilii, an concedenda sit dispensatio in secundo gradu

affinitatis, pro quo supplicat Serenissimus Bavariae Dux per litteras Sanctissimae Sedis directas. Pro causa asserit suspicio litium & inimicitiarum inter familias illustres, eo quia via fuerit a sponta haeres institutus cognatus paternis & vulgata fessis fama futuratum nuptiarum. Decretum Concilii Tridentini cap. 5. sess. 24. de reform. Matrim. quo statuitur ut in secundo gradu nunquam dispensetur, nisi inter magnos Principes & ob publicam causam habet locum tam in secundo affinitatis, quam consanguinitatis, ut tradit Navar. de consang. & affin. cons. 4. n. 8. & sequis censuit Sacra Congregatio, unde non est opus dicere, an secundas affinitatis equipollat tertio consanguinitatis, quod nonnulli censuerunt. Satis enim est ex Concilio juxta interpretationem Sacrae Congregationis prohiberi dispensationem etiam in secundo affinitatis, nisi inter magnos Principes & ob publicam causam. Sed quia copula illa & resolvitur in disjunctivam, ut eadem Sacra Congregatio alias declaravit, adeo ut alterutrum sufficit vel dispensationem magnis Principibus concedi vel subesse causam publicam ejus concedendae inter alios, quam magnos Principes cum hoc casu non sint magis Principes, qui petunt dispensationem, sed solum ex illustri familia, tunc difficultas reducitur ad causas, quarum hic nulla esset, quae publica videretur. Nam bonum pacis & vitiosum litium & inimicitiarum quae oriretur inter utramque familiam, si Carolus in Matrimonium non duceret virginem patris adverse sibi in secundo affinitatis gradu conjugatam non est causa publica, neque enim privatorum dissidia, & inimicitiae respiciunt publicam causam, ut animadvertit S. Congregatio in causa dispensationis Alexandri de Cordelles nobilis Bircinonensis 1605. Et propterea multo ante cum peteretur dispensatio a Primatibus Civitatis Hispaniae super secundo consanguinitatis & Rex Catholicus pro dispensatione irgeret & contrahentes allegarent periculum, ne Civitas factionibus divideretur & plura sequerentur homi- cidia, nisi concederetur dispensatio a Sacra Congregatio con-

lucit non aliter concedendam dispensationem, quam si de tali periculo publicum Regis testimonium haberetur; quod tamen nunquam habuerunt contrahentes, licet Rex Catholicus prius pro eis supplicasset, ac prout dispensationem non obtinuerant. Tunc itaque sentit Sacra Congregatio oportere causam inimicitiarum non respicere tantum privatas familias, sed universam Civitatem, ut causa publica dici possit, imo tunc etiam consideratum fuit periculum simulatum, etiam publicatum non esse attendendum, quia vigente seculari potestate, possunt qui ad arma confugiunt a Magistratibus coerceri. At vero haec causa, nec ulla quidem etiam privata causa inimicitiarum urget, quia virgo non fuit dehorata nec suspicio ulla irreplet dehorationis, ita ut honoris causa poterint graves inimicitiae suscitari, sed tantum maritus fuit heres institutus ab uxore & cognati praeteriti, quae causa est merè civilis & solum parere potest verisimiliter lites ac discordias inter utramque familiam quae lites occasione oriuntur. Quas tamen discordias secularis Magistratus auctoritas sedare facile poterit. Alia causa scandali vitandi, quod oriretur si hoc Matrimonium non sequeretur, & quod vulgata jam sit nuptiarum fama certe nec gravis, nec publica est, imò talis quae facile a quolibet dispensationem postulante asserri potest, adeo ut esset in potestate affinitum & consanguineorum liberis simul verlando dare causam dispensationis. Et eo magis quod hoc casu nec simul versati sunt, sed tantum rumor inrequis futurarum nuptiarum. Quomobrem si scandalum spectandum est, majus orietur scandalum ex concessione dispensationis non subsistente causa a Concilio requirita. Postremo cum olim fuisset petita dispensatio in secundo affinitatis secuta copula, non tamen sine facilitate obtinendi dispensationem, ne mulier diffamata & innupta remaneret & scandala orirentur Sacra Congregatio Concilii, etiam Cardinalis Arigonis d. xllit in Dyaria has dispensationes sepe fuisse concessas cum tamen Sacra Congregatio semper existimaverit non concedendas, censuit nihil esse referendum.



DE CONSANGUINITATE ET AFFINITATE.

Idem Innocentius III. in Concilio Generali.

CAPUT VIII.

Non debet reprehensibile judicari, si secundum varietatem temporum, statuta quandoque varientur humana, praesertim cum urgens necessitas, vel evidens utilitas id exsolcit: quoniam ipse Deus ex his, quae in veteri testamento statuerent, nonnulla mutavit in novo. Cum ergo prohibitiones de conjugio in secundo & tertio affinitatis genere minimè contrahendo & de sobole suscepta ex secundis nuptiis, cognationi viri non copulanda prioris & difficultatem frequenter inducant & aliquando periculum pariant animarum, cum cessante prohibitione cesset effectus, constitutiones super hoc editas, sacri approbatione Concilii revocantes, praesenti constitutione decernimus, ut sic contrahentes de caetero liberè copulentur. Prohibito quoque copulae conjugalis, quartum consanguinitatis & affinitatis gradum de caetero non excedat, quoniam in ulterioribus gradibus jam non potest absque gravi dispendio hujusmodi prohibitio generaliter observari. Quaternarius verò numerus bene congruit prohibitioni conjugii corporalis, de quo dicit Apostolus, quod vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier, neque mulier habet potestatem sui corporis, sed vir, quia quatuor sunt humores in corpore, qui constant ex quatuor elementis. Cum ergo jam usque ad quartum gradum prohibitio conjugalis copulae sit restricta, eam ita volumus esse perpetuam, non obstantibus constitutionibus super hoc dudum editis, vel ab aliis, vel a nobis, ut si quis contra prohibitionem hujusmodi praesumpserit copulari, nulla longinquitate defendatur annorum, cum diuturnitas temporum non minuit peccatum, sed auget, tantòque sunt graviora crimina, quanto diutius infelicem animam detinent alligatam.

SUMMARIUM.

- 1 Affinitatis impedimentum in secundo & tertio genere sublatum est & n. 14.
- 2 Idem de impedimento, quo soboles susceptæ ex secundis nuptiis conjugii non poterat conjuguiis prioris viri & n. 15.
- 3 Impedimentum consanguinitatis & affinitatis ultra quartum gradum non extenditur & n. 16.
- 4 Papa licet supremam habeat auctoritatem, timet tamen se reprehendi.
- 5 Leges humana variari debent ex temporum varietate.
- 6 Canonum antiquorum rigor cur nostris temporibus non sit iniquis obsequi observandus.
- 7 Ob fornicationem simplicem olim deponatur non solum clericus, sed etiam Episcopus.
- 8 Hodie factis nisi fornicatio sit notoria vel scandalosa aut diu continuata.
- 9 Depositionis pena olim dignum erat quodlibet mortale peccatum.
- 10 Scientia juris est de æternis quantum ad suam originem quæ est diuina recte rationis.
- 11 Legum sunt et inuariabiles.
- 12 Lex certiora est corrigens idem sunt.
- 13 Jus Canonice est sui humanum sed largè dicitur jus diuinum.
- 14 Affinitatis genera quæ sunt & in quo differant à gradibus.
- 16 Affinitatis impedimentum, quod oritur ex fornicatione post

- Concilium Tridentinum ultra secundum gradum non extenditur.
- 17 Etiam si superveniat post Matrimonium contractum.
- 18 Et ultra secundum gradum nec dirimit Matrimonium, nec sponsalia de futuro.
- 19 Nec impedit contrahendum.
- 20 Impedimentum publicæ honestatis, quod olim oriebatur ex secundo, & tertio genere affinitatis, sublatum est à Concilio Generali.
- Idem in publicæ honestate, quæ oriebatur ex secundis nuptiis inter sobolem ex illis susceptam, & consanguineos primi viri, n. 22.
- 21 Sed publicæ honestatis, quæ oritur ex sponsalibus de futuro, non est sublatum, n. 23.
- Et multo minus illa, quæ oritur ex sponsalibus de presenti, n. 24.
- 22 Vitium quæritur ex una radice nascitur, consequens est, ut una lege tollatur.
- 23 Cognationis legalis impedimentum à Concilio Generali non est sublatum.
- 24 De impedimento publicæ honestatis tollendo, vel restringendo actum fuit in Concilio Lugdun. sed nihil obtentum.
- 25 Si ex Tridentino hoc impedimentum non oritur ex spon-salibus nullis, & ex validis primum gradum non excedit.
- 26 Et hoc in sponsalibus de futuro, sed in sponsalibus de presenti adhuc durat ad præscriptum juris veteris.

Non delet. Tollitur prohibitio contrahendi Matrimonium in secundo, & tertio affinitatis genere. Item tollitur prohibitio, per quam soboles susceptæ ex secundis nuptiis conjugii non poterat conjuguiis prioris viri, & prohibitio conjugii ultra quartum consanguinitatis, & affinitatis gradum non extenditur. Hoc statuit, iuxta ordinem litterarum, secundum Albatem & Alexan. de Navo; concordant licet ordine inverso Joan. Andr. Butr. Card. Anchar. & Præpov. Dividitur in quatuor partes. Primò excusat correctionem juris antiqui. Secundò hic, Cum ergò, excusationem declarat, in duobus illud tollit. Tertio restringit, restrictionis causam reddens, hic, prohibitio. Quarto prohibitionem restrictam fortificans, constitutiones contrarias tollit & causas reddit, hic, Cum ergò.

Nota primò hic, Reprehensibile. Summum Pontificem, licet supremam habeat potestatem, timere tamen se reprehendi, ut sic inquitur, & in cap. Nisi supra de usu pallii, & in c. Ut nostrum, ut Eccles. Benef. Sed quidquid timeat, multoties mordetur, quod tamen non sit abique peccato, ut c. 1. infra de maledict. secundum Hoff. hic n. 1. & Joan. Andr. n. 2.

Secundò nota hic, Temporum. Statuta humana variari debent ex temporum varietate, ut hic & in concord. allegat in gloss. 1. Nec mirum, quia lex debet tempori esse conveniens, c. Erit autem lex, 4. distin. Quo fit, ut rigor antiquorum Canonum in penis insignendis hodie non sit usquequaque observandus, quia, ut inquit text. c. Fraternitatis, 34. distin. Defectus nostrorum temporum, quibus non solum merita, sed corpora ipsa hominum defecerunt, distictionis Canonice non patitur in omnibus manere censuram. Unde olim propter simplicem fornicationem de rigore deponatur non tantum clericus, ut c. Si quis clericus, & c. Presbiter, 81. dist. Sed etiam Episcopus, ut c. seqq. Et. Lator, & hic gloss. 2. q. 7. Sed hodie ob simplicem fornicationem non fit depositio, ut c. A multis, de stat. & qualib. nisi sit notoria, vel scandalosa, aut diu continuata, c. Quam sit, infra de excess. Prælator. Et. Ex parte Adm. supra de testib. cum concor. ut per Butr. in d. c. At si clericus, n. 13. vers. Per hoc facta an simplex fornicatio, de judic. Quinimò quodlibet mortale peccatum olim erat deponitio dignum, c. Si Diaconus, 81. dist. & d. c. Presbiter. Sed hodie servabitur in his, prout legitur & notatur in d. c. At si clericus, maxime per Anton. de Butr. dict. n. 13. & Abbas n. 35.

Ex his nonnulli derivant scientie juris, afferentes eam non esse propriè scientiam, quia scientia est de incorruptibilibus, & de impossibilibus aliter se habere, ut habetur primo Posterior. Sed leges humane mutantur quotidie, ut hic. Verùm ut bene respondent Cardin. n. 2. & Abbas in 1. notab. vers. Et per hoc dicunt. Scientia juris est de æternis quantum ad suam originem, quæ est directio, seu dictamen recte rationis, nam lex semper editur, ut appetitus noxius sub juris regula coercetur, ut habetur supra in proem. Itaque tamen mutantur Constitutiones particularæ, tamen finis legis, quod est primum in intentione Legislatoris, est invariabile & leges deserviunt fini, semper enim lex debet esse ratio-

nabilis, & sic fundata super ratione naturali & immutabili, alias non est lex, ut c. Constat, 1. dist. & d. cap. Erit autem lex, 4. dist. Et ex hoc refert Cardin. d. n. 1. Præceptorem suum publice disputando, & in libro de fornicatione, legem corrigentem & correctam esse. Item est subdit ex his rejelli insulsa cogitationes Logicorum, qui carpunt quod non intelligunt.

Tertio nota hic, Humana. Jus Canonice esse jus humanum, Card. hic n. 1. alibi tamen dicitur jus Divinum, ut c. Nimis, de jurer. c. Qualiter, de accusat. & c. 1. de jurament. eadem, ubi lex canonica appellatur divina & lex civilis humana. Sed hoc intelligas largè; nam strictè Summorum Pontificum & Conciliorum Constitutiones jus divinum dici non possunt, ut hic per Abbat. n. 4.

Quarò nota hic, Revocantes. Hodie sublatum esse antiquam prohibitionem contrahendi Matrimonium in secundo & tertio genere affinitatis. Defecit habetur in c. De propinquis, 35. qu. 3. De tertio vero, in c. Porro, eadem caus. & q. 10. dicitur, quod Gregorius in c. Fraternitatis, 35. qu. 10. dixerit, qui dissolvit hæc genera affinitatis, nec verbum Deigo æternum manere, quoniam ut respondet gloss. hic in verb. Revocantes, hoc intelligi debet sine causa & ab alio, quam à successore Gregorii, ad hoc cap. Innotuit, 5. Quomodo autem, supra de elect. Itaque hodie non remanet, nisi primum affinitatis genus, restrictum tamen ad quartum gradum, ut hic. Ut autem intelligas quæ sint secunda, & tertium affinitatis genera, & in quo differant genera & gradus, consule glossam magnam hic, quæ mira facilitate hoc declarat, & eam probant, & commendant communiter scribentes.

Quintò nota hic, Non copulanda, similiter sublatum esse veterem prohibitionem, quæ cautum erat, ut nullus de consanguinitate viri præmotui possit Matrimonium contrahere cum prole ex secunda viro per mulierem suscepta, & similiter ut nullus de consanguinitate uxoris præmotuæ possit contrahere cum prole suscepta ex secundis nuptiis viri, de qua prohibitionem habuimus rubricam in veteri compilatione de sobole suscepta ex secundis nuptiis, ut hic referunt Joan. Andr. n. 4. in verb. Non copulanda. & Cardin. post. princip. Et quavis Abb. Antiq. n. 3. multum se involvat circa hujusmodi sobolem ex secundis nuptiis susceptam in perquirendis exemplis, quando contingat, ut quis contrahat cum sorore fratris, tamen facile ponuntur per Joan. Andr. n. 6. cum quo alii transeunt.

Sextò nota hic, Quartum consanguinitatis, & affinitatis gradum. Prohibitionem conjugii inter consanguineos & affines, quæ olim usque ad septimum gradum prætendebatur, c. 1. & cap. Nullam, 35. qu. 3. & c. Ad sedem, 35. quæst. 5. hodie restrictam usque ad quartum inclusive. Sed respectu affinitatis hoc int. elige de illa, quæ oritur ex copula conjugali, non autem de illa, quæ oritur ex fornicatione, & Matrimonium post contractum dirimit. Hæc enim novissimè restricta est à Trid. Sinodo ad eos tantum, qui in primo, & secundo gradu conjugantur, adeo ut in ulterioribus gradibus Matrimonium postea contractum non dirimat, ut in c. 4. sess. 24.

- de reformat. Matrim. quod etiam advertunt Navarrus in Manuali c. 22. n. 42. & Cardin. Tolet. in Summa lib. 7. c. 11. n. 4. & S. Congregatio ejusdem Concil. interpret. declaravit hoc habere locum etiam in impedimento affinitatis interveniente post Matrimonium contractum, & ultra secundum gradum non extenditur; quia si Concilium fuit quod est inanis, censetur etiam nullum quod est minus, nempe hæc affinitatem supervenientem, & quia si Concilium primum & secundum gradum, ergò in omnibus, & c. Sanctissimus Congregationis sententiam sibi relatum approbavit, non tamen voluit ed. hæc de se aliquam regulam, sed ore tantum, & litteris Congregationis petentibus responderi, Rursum censuit Sacra Congregatio hujusmodi restrictionem ad primum & secundum gradum extendi etiam ad sponsalia per verba de futuro contracta, adeo ut nisi in primo, & secundo gradu hujusmodi affinitatis non dirimatur.
- 19 Et quavis contextus Concilii non addat affinitatem ex copula illicita ultra secundum gradum impedire Matrimonium contrahendum, sed tantum dicit dirimere post contractum, tamen Piv. in suo motu proprio incipit. Ad Romanum edito anno 1566. die 20. Augusti declaravit prædictam affinitatem nec dirimere, nec impedire.
- 20 In glossa magna in fine, nota per hæc Constitutionem sublatum esse impedimentum publicæ honestatis, quod oriebatur ex secundo & tertio genere affinitatis, ut in cap. Porro, 35. qu. 3. hic enim prohibetur secundum gradum, & præter hoc impedimentum erat ibi etiam publicæ honestatis, ut in iuribus duorum fratrum sive consobrinorum, uno igitur sublato per hoc capitulum, tollitur & aliud, Nam quoties vitium ex una radice nascitur, consequens est, ut una lege tollatur, l. ult. in fin. C. de iust. l. Duobus, §. Colonus, ff. de iurejur. l. Si colonus, ff. Arbor. furtim. casatum; & nota bene hæc theoreticam glossæ ad interpretationem statutorum.
- 21 Ob eandem rationem cum prohibito de sobole suscepta ex secundis nuptiis non copulanda cognationi viri prioris iubata sit per hæc Constitutionem, similiter sublata erit publicæ honestatis inde proveniens. At verò publicæ honestatis, quæ oritur ex sponsalibus de futuro, iuxta textum in c. Duo fuerit, & c. Accessit, supra de sponjal. impuber. & c. Invenit, de sponjal. per hæc Constitutionem minime tollitur, eam de ea hic nihil dicitur, secundum gloss. cum qua concordat Innoc. in prinap. Abb. Antiq. n. 4. & Doctores com. maniter, & longe minus tollitur per hæc Decretalem publicæ honestatis, quæ oritur ex sponsalibus de presenti; nam major honestas exigit, ut non dicam eam in uxorem, quæ fuit

sponsa de presenti consanguinei mei, quàm ut absterneam ab ea quæ fuit sponsa consanguinei mei de futuro, ut ad litteram inquit Abb. hic n. 13. & tenent Doctores in c. Sponsam, supra de sponjal. Et ob rationem glossæ similiter per hæc Constitutionem non tollitur impedimentum cognationis legalis, de quo in c. un. supra de cognat. legal. secundum Hoffen. hic n. 7. qui tamen optat has quoque revocari per expressam Constitutionem, quia modicum rationis habent, secundum quam magnum dirimunt Sacramentum.

Sed ut non-biliter refert hic Joan. Andr. n. 14. In Concil. Lugdunen. sub Gregorio X. actum fuit de tollendo impedimento iustitiæ publicæ honestatis, & aliquibus visum est illud simpliciter tolerandum, aliis hoc durum visum, sed suadebant dari potestatem Episcopis in illo dispensandi, alii suadebant illud restringi ad sponsam primi, & secundi gradus tantum; & in aliis duobus tolli, & quamvis deliberatum fuisset per Præsidentes, ut secundum hoc ultimum fieret Constitutio, tamen non fuit obtentum.

Ceterum postea supervenit Concilium Tridentinum, quo ex parte satisfactum est desiderio Hoffen. & amplius obtentum, quam deliberatum fuerit in Concilio Lugdun. nam iustitiæ publicæ honestatis impedimentum, ubi sponsalia quacumque ratione valida non erunt, prorsus sublata sunt (cum tamen iure veteri publicæ honestatis oritur etiam ex sponsalibus nullis, dummodo non essent nulla ex d. facta consensu, ut cap. unic. de sponjal. lib. 6.) Ubi autem valida fuerint, primum gradum non excedunt, ut patet in c. 3. sess. 24. de reformat. Matrim. ubi subiungitur ratio, quia in ulterioribus gradibus jam non potest hujusmodi prohib. r. oblique dispensatio observari, quæ ratio desumpta est ex hac Decretali in ea parte, in qua restringitur impedimentum consanguinitatis, & affinitatis ad quartum gradum.

Adverte tamen, quia ex decreto dist. c. 7. non est restricta publicæ honestatis, quæ oritur ex sponsalibus de presenti seu ex Matrimonio rato, non consummato, quia hæc illud non sit affinitas, sed publicæ honestatis, tamen est fornicatio impedimentum, quæ illud, quod oritur ex sponsalibus de futuro, & idem minime restrictum est à Concilio, sed adhuc durat in omnibus illis casibus & gradibus, quibus de iure veteri ante prædictum decretum Concilii introductum erat, ut in Declaratoria Pii V. quæ incipit, Ad Romanum, edita Kalendis Julii 1565. ex sententia S. Congregationis Concilii. Quod locum habet etiam Matrimonium sit nullum ex alia causa quàm ex defectu consensu, ut scripsi latius in c. Ad audientiam in 1. qu. supra de sponjal.

DE CONSANGUINITATE ET AFFINITATE

Gregorius IX.

CAPUT IX.

Vir qui à stipite quarto gradu, & mulier quæ ex alio latere distat quinto, secundum regulam approbatam, qua dicitur, Quoto gradu remouor distat à stipite, & à quolibet per aliam lineam descendendum ex eodem, licet possunt Matrimonialiter copulari.

SUMMARIUM.

- 1 Gradu quarto, vel criteriis distans à stipite, cum distante quinto vel ulteriori contrahere potest.
- 2 Gradu quoto remouor persona distat à communi stipite, toto distat à quolibet alio descendente per aliam lineam.
- 3 Etiam si alter eorum distat à stipite in primo gradu, & n. 8. & n. 11. & seqq.
- 4 Gradum remotiorem in dispensationibus Matrimonialibus non sufficit exprimere, si alter ex conjugatis primum gradum quomodocumque attingat, & n. 7.
- 5 Sed in alii gradibus remotior attenditur, & trahit ad se propinquiores.

- 6 Gradus in ascendendis tot sunt, quot persona dempto sit.
- 7 Gradus primus, non autem remotior attenditur quoad obtinendam dispensationem, non autem ad inducendum impedimentum consanguinitatis, vel affinitatis, aut publicæ honestatis, & n. seqq.
- 9 Gradus primus, & secundus publicæ honestatis sublati est à Concilio Tridentino, cum fiat computari à remotiori.
- 10 Affinitas ex fornicatione, an hodie dirimat Matrimonium secundo & tertio gradu, & n. seqq. usque ad n. 17.
- 11 Affinitatis impedimentum ex fornicatione restrictum est à

Fagnan. in IV. Lib. Decretal.